ANTONII SCHULTINGII

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

ANTONII SCHULTINGII

QUONDAM IN ACADEMIA LUGDUNO-
BATAVA JURIS ANTECESSORIS
CELEBERRIMI,

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

Edidit atque animadversiones suas adjecit

NICOLAUS SMALLENBURG,

IN EADEM ACADEMIA JUR. CIV. PROF. ORD.

TOMUS SECUNDUS.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,
MDCCCIX.


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

DIGESTORUM

SEU

PANDECTARUM

PARS SECUNDA.

LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE JUDICIIS ET UBI QUISQUE AGERE VEL CONVENIRI DEBEAT (1).

(1) Vid. de hac Inſcriptione Cujac. *Obſ.* VII. 32. Apud Hal. verba *de Judiciis &* abſunt, & pro *quisque* legitur *quis*. vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Maran. *in Parat. ad h. t.* obſervat, regulas hoc titulo tradi, partim quae ad ordinem privatorum Judiciorum generaliter pertinent, partim quae ad ipſas Judicis, actoris, vel rei perſonas, nec non etiam ejus, qui Judicem dedit. Singulas hujus tituli Leges expoſuit Cujac. *in Recitat. ad h. t. Oper. Poſtum. Tom.* IV. *Part. Prior.*

Chryſoſt. *Statuar. Tom.* VI. *p.* 502. [ed. Eton. ed. Montfaucon. *Tom.* II. *p.* 74.] Ἐὰν γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλῃς, πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν· καὶ ὥσπερ νηὸς τὸν κυβερνήτην ἐὰν ἀποστήσῃς, κατεπόντισας τὸ σκάφος· καὶ τὸν στρατηγὸν ἂν ἀπαγάγῃς τοῦ στρατοπέδου, δεδεμένους τοῖς πολεμίοις παρέδωκας τοὺς στρατιώτας· οὕτω τῶν πόλεων τοὺς ἄρχοντας ἐὰν ἀνέλῃς, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιω-

βιωσόμεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους καὶ κατεσθίοντες, τὸν πενέστερον ὁ πλούσιος, τὸν ἀσθενέστερον ὁ δυνατώτερος, τὸν ἐπιεικέστερον ὁ θρασύτερος. [*Si enim judicialia sustuleris tribunalia, omnem vitae nostrae ordinem sustuleris: & sicut si gubernatorem a navi separaveris, scapham submerseris: & si ducem ab exercitu abduxeris, vinctos hostibus tradideris milites: ita si Magistratus de Civitatibus abstuleris, feris irrationalibus magis irrationalem degemus vitam, inter nos mordentes, & nos devorantes, pauperiorem potentior* (1), *mansuetiorem audacior.*].

(1) Lege: *pauperiorem ditior, infirmiorem potentior*, &c.

L. I.

Si se subjiciant (1) *aliqui Jurisdictioni* &c.] Vid. Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 10. *num.* 6. & *Cap.* 11. *num.* 5.

(1) Flor. *subiciant*. Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de Senator. Si subjiciant & consentiant* nonnullos exponere *se subjiciendo consentiant*, notat Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* IV. 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 576. Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. *ult.* verba *qui tribunali praeest* accipit de Magistratu Majore: seqq. autem verba *vel aliam jurisdictionem habet* de Magistratu Minore.

L. II.

Ut Julianus —scribit,] Vid. *L.* 15. *de Jurisdict.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Pro *aut si putaverunt alium* &c. Hal. habet *ut si putaverint* &c. & pro *aut si, cum restituisset* &c. reponit *ac si, cum* &c. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Add. de hoc *pr.* Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 14.

§. 1.

Sufficit ergo privatorum consensus.] Praetorem tamen

non

non cogi posse, putat Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 10. *num.* 4. (1)

(1) Vid. de hoc §. quoque Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 12. & 14. qui hic intelligit Legem Juliam *Judiciorum Privatorum*, putans, duas fuisse Leges Julias Judiciorum, alteram *Publicorum*, alteram *Privatorum.* Sic quoque Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 7. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 2. §. 13. aliique. Sed cum probari vix possit, duas diversas Leges hac super re ab Augusto latas esse, rectius forte dicemus, Augustum non quidem diversis Legibus, sed duobus diversis Capitibus de Judiciorum forma egisse. Vid. M. Temminck. *Diss. ad Fragm. quaed. L. Juliae de Judic. Cap.* 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 75. Legis enim Juliae Judiciariae, cujus mentio in Pand. saepe fit, auctorem non esse Julium Caesarem, sed Augustum, hodie fere inter omnes constat, & pluribus probavit M. Temminck. *d. Cap.* 1. add. Christ. Fried. Gluck. *Ausfuhrl. Erlaut. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Jurisdict.* §. 202. *p.* 168. *seq.* qui etiam alios citavit, qui de hac Lege Julia egerunt. add. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 2. §. 5. *p.* 36. *seq.* Quam varie autem haec Lex a Nostris appelletur, notavit quoque Ger. van Wesel. *Diss. de Sanctit. Judicior. in Prooem.* in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 272. Ceterum Nic. Catharin. *Obs. & Conject.* III. 38. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 787. putat, hoc §. idem verbum tribus locis corruptum esse, & pro *inter privatos sufficit — sufficit ergo privatorum consensus — si privati consentiant* legendum esse: *inter Litigatores sufficit — sufficit ergo Litigatorum consensus — si Litigatores consentiant:* miror non addidisse eum quartum locum *quo minus inter privatos conveniat.*

§. 2.

Si & Judex ad tempus *datus* &c.] *L.* 32. *h. t.*

Nisi Specialiter Principali jussione *prorogatio fuerit inhibita*,] Basil. ὑπὸ τοῦ δεδωκότος. [*Tom.* I. *p.* 294.] Agitur

tur vero de Judice Pedaneo, cui cum praescribatur tempus in favorem Litigantium, possunt illi & huic renunciare. Forte tamen & hic Tribonianus quid adposuit. add. Sutholt. *de Jurisdict. num.* 374. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 4. & *de Jurisdict. Cap.* 10. *num.* 12. Agit & de hoc textu Huber. *Eunom. Rom. p.* 228. *seq.* (1) & Voet. *ad tit. Pand. de Jurisdict. num.* 3. (2) quem non probo.

(1) Et in *Prael. ad tit. Pand. de Jurisdict.* §. 10. qui etiam Legem de *Judice Pedaneo* accipit, uti & Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 13. Ceterum verba *Principali jussione* suspecta quoque sunt Hubero, *Eun. Rom. d. loc.* Sed Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* totam hanc exceptionem Triboniano tribuit: non refragante Noodtio, *d. loc.*

(2) Qui Legem intelligit de Judice a Principe dato, cui certum tempus ad litem finiendam praefinitum est, idque propter mentionem *Principalis jussionis*, quae vix in Judicem a Magistratu datum quadrat. add. Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Jurisdict.* §. 207. *p.* 217. Ipse Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisdict.* §. 12. Legem intelligendam dicit de *Judice delegato.* Illud satis apertum est, ut usitata locutio *prorogatio Jurisdictionis*, & *prorogata Jurisdictio* defendatur, minus bene vulgo ad hanc Legem provocari, qua voces *prorogatio* & *prorogari* de *tempore* usurpantur, non vero de *Jurisdictione*, quae magis Latine dicitur *propagari.* Vid. Perizon. *Animadv. Histor. Cap.* 6. *p.* 229. *seq.* & Noodt. *de Jurisdict. & Imp.* II. 12.

§. 3.

Revocandi domum suam jus] De quo Rittershuf. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 22. (1) Vid. & Covarruv. *Practic. Quaest. Cap.* 5.

Ei (2) *quoque, qui ipse provocavit,* &c.] Triboniano adscribit Ant. Faber, refragante Hubero, *Eun. Rom. p.* 229. *seq.*

Nam

Nam Celsus huic etiam domus *revocationem*] Al. *domum* (3).

Aliis pulsantibus *respondere:*] Non sapit. (4).

(1) Add. Donell. *Comm. Jur. Civ.* XVII. 13. & Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Jurisdict.* §. 204. *p.* 187. *seq.*
(2) Sic etiam Hal. & Vulg. & Mss. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Flor. *eo quoque* &c. Pari modo *hoc* pro *huic* saepe ibi scriptum reperitur. Vid. notata superius ad *L.* 3. §. 3. *quod quisq. Juris* &c. & ad *L.* 1. §. 2. *ne quis eum, qui in jus voc.* &c.
(3) Ita Hal.
(4) Ad edit. in 4to adscripsit: „ dubito, an hoc verbum sit ab Ulpiano." Occurrit tamen etiam in *seq.* §. 5. in fin. item in *L.* 11. §. 9. *de interrogat. in Jure fac.* Sed ad eum quoque locum notavit Schultingius, verbum illud non Ulpiani videri. Forte non recte. Certe in Rescriptis Principum *pulsare* pro *aliquem convenire* saepius occurrit: Sic Impp. Arcadius & Honorius in *L.* 12. *Cod. Theod. de fide testium & instrum.* reum dixerunt, quem *pulsat* petitor, seu actor. Alia exempla habet Jac. Gothofred. *in Glossar. Nomic. Cod. Theod.* voc. *pulsare.* add. Idsing. *Varior. Cap.* 6. *in fin. Pulsari crimine* dixit quoque Claudian. *de Bello Gildon. Vs.* 170. ubi vid. Gesner. & *pulsari* omnia dici, quae *sollicitantur, evocantur,* & *quocunque modo poscuntur,* multis ostendit Casp. Barthius, *ad Theb. Stat.* IV. *p.* 1109. *seq.* & *Adversar.* XXXII. 8. Hac ratione forte etiam defendi possit illud *pulsatio pudoris* apud Paul. *in Sent.* V. 4. §. 4. quamvis ibi quoque Schultingius notaverit, id malae Latinitatis esse, nec Paulum redolere.

§. 5.

Item si extra provinciam suam contraxerunt, &c.] Excipe Legatos. Cujac. *Obs.* XXII. 22.

Sed & si agant, &c.] Quod non licet Legato, nisi in

casibus exceptis *L.* 8. *in fin.* & *LL. seqq. de Legation.* add. Bynkersh. *de Foro Legator. Cap.* 6. [in ej. *Oper. Minor.*]

§. 6.

Sed si dubitetur — ipse Praetor debet caussa cognita statuere.] Ut *L.* 5. *h. t.*

Alioquin compelletur judicium accipere, quam *invenire* &c.] Id est, *magis quam.* Vid. Noodt. *Obs.* II. 20. *in fin.* (1).

(1) Add. Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 367. B. Voorda, *Diss. de Vadimonio, Cap.* 3. §. 8. in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 34. & notata superius ad *L.* 27. §. 1. *de pactis, not.* 1.

§. 7.

In omnibus autem, in quibus protelatur admonitio &c.] Triboniano haec post alios (1) adscribit Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 28. & concedit Huber. *Eunom. Rom. p.* 231. Dissentit Bynkersh. *Obs.* VIII. 19. (2).

(1) Veluti Cujac. ad *L.* 1. *Cod. de dignitat.* & in *Recitat. ad h. l.* Triboniano haec etiam adscribunt Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 2. *p.* 24.

(2) Item Wybo, *Tribonian. defens. Cap.* 2. §. 1. p. 251. & Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 6. §. 267. *in not.* Vid. & Scip. Gentil. *Parerg.* I. 36. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1310. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 331. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 110. *p.* 180.

§. 8.

Quibus publice (1) *judicium est,*] Id est, *jurisdictio.* Vid.

Vid. & Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 97. *Error.* 8. *num.* 5 & 6.

Nisi hoc specialiter eis permissum est.] Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* adscribit Triboniano (2): nec satisfacit Huber. *Eun. Rom. p.* 231. *seq.*

(1) Hal. *publicum*, & Basil. δημόσιον δικαστήριον. Male: nam *quibus publice judicium est* idem est ac *cui judicatio data est*, ut dicitur in *L.* 131. §. 1. *de V. S.* Intellige autem Magistratus Urbanos, quibus jam veteri Lege Tarpeja multae dicendae potestas data erat. Additur: *non aliis, nisi hoc specialiter iis permissum est.* Intellige Magistratus Municipales & Praesides Provinciarum, quibus multam dicere *mandatis* permissum est. Vid. *d. L.* 131. §. 1. & ad eam Legem citatos Averanium & Ottonem. Conf. & De Ajala, *ad L.* 1. *D. de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 927.

(2) Triboniani haec esse etiam videtur Cujacio, *in Recitat. ad h. l.* Sed sine ratione: saltem si vera sint, quae modo notavi.

L. IV.

Gajus Lib. I. *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 107. *de reg. Jur.* (1).

Lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate habemus:] Sed quidem cum Liberis emancipatis. Quinctil. *Instit. Orator.* XI. 1. *p.* 799. [edit. Burman. *p.* 975.] *Nam inter patres etiam filiosque, cum intervenisset emancipatio, litigatum scio.*

Nisi ex castrensi peculio.] M. Senec. *Excerpt.* III. 4. & cum filia de dote, *L.* 3. §. 5. *de minor.* ubi vid. Cujac.

Castrensi] Basil. Ἰδιοκτήτῳ.

(1) Add. Noodt. *ad tit. Pand. de in jus voc.* Vs. *Sic fuit* &c. Hoc Libro Cajum egisse de *in jus vocando*, & *cautione judicio sisti*, observavit quoque B. Voorda, *Diss. de Vadimonio, Cap.* 4. §. 5. *in not.* in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 52.

L. V.

Praetoris est enim aestimare (1), *an sua sit jurisdictio:*] Et quid, si se incompetentem pronunciet? Vid. Gail. *Obs.* I. 34. Nec raro sine injuria partis id non procedit. Mev. *Part.* II. *Decis.* 267.

(1) Hal. *existimare.* Vid. quae de perpetua fere horum verborum in Mss. confusione dixi supra ad *L.* 10. *de stat. homin. not.* 3. — Commentatus ad hanc Legem est Majans. *ad* XXX. *JCtor. Fragment. Tom.* II. *p.* 270. — In jus vocatum etiam venire debere, quamvis ad jus dicentis jurisdictionem non pertineat, ex hac Lege colligit Noodt. *ad tit. Pand. si quis in jus voc. non ierit.* De quo dixi ad *L.* 2. *pr. eod.*

L. VI.

Caecus judicandi (1) *officio fungitur.*] Vid. Duaren. *Disput. Anniversf.* I. 23. De hoc loco etiam Huber. *Eun. Rom. p.* 232. Sed non per omnia placet.

(1) Hal. *judicantis.* Vid. & de hac Lege Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 6. *num.* 60. *seqq.* Idem quoque docetur in *L.* 1. §. 1. *de postuland.* Vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 175. *p.* 342. & Labitt. in *Usu Indic. Cap.* 3. §. 16. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 44.

L. VII.

Si quis &c.] *L. ult. Cod. de in jus voc.* (1) *Cap. pen.* X. *de foro compet.* Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 63. ubi de *L.* 12. *si quis caution.* &c. Aliud in casu *mutati domicilii* volunt quidam, ut Merill. *Obs.* VII. 33. de quo vide (2).

Posteaquam in jus vocatus est,] In forum tamen competens. Vid. Carpzov. *Def. Forens. Part.* I. *Const.* 7. *Def.* 21.

(1)

(1) Haec Lex non est germana, sed a Cujacio e Basilicis restituta. Vid. Cujac. *Obs.* XIII. 11. *Revocare forum* est fori exceptione uti, seu allegare, se ibi judicium accipere non cogi, sed alibi conveniri debuisse. Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de in jus voc.* §. 236. *d. not.* 33.

(2) *Mutati domicilii* caussam non excipiunt Rittershus. *loc. cit.* Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de in jus voc.* §. 19. Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 13. Middellant. *ad Vromans, de Foro competenti*, III. 2. §. 2. *not.* 5. Gluck. *d. loc.*

L. VIII.

Non cogi eum &c.] Vid. Langebek. *Annotat. Cap.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 561.] *Non* expungit Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 2. [in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 487. *seq.*] vel vult, ab aliis hoc improbatum (1).

(1) Vid. etiam de pugna inter hanc Legem & *L.* 5. §. 1. *de constit. pecun.* Jan. a Costa, *Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. Sel. Jur. Civ.* p. 134. *seq.* Branchu, *Obs.* I. 9. Hoffman. *Melet. ad Pand. Disp.* XIV. §. 2. Otton. *in Praefat. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 20. *seq.* qui etiam alios laudat. Variavit hac in re Cujacius: nam *Obs.* XIII. 7. *d. Legi* 5. §. 1. negationem inserendam non esse censet. Sed *in Recitat. ad L.* 2. §. *Legatis. h. t.* negationem dicit ibi restituendam. Observarunt hoc etiam Otto, *d. loc.* & Pothier. *in not. ad d. L.* 5. §. 1. Variasse quoque hac in re Ant. Fabrum, monet Otto, *d. loc.* Hal. hic habet: *non cogitur ibi judicium pati, ubi constituit.*

L. IX.

Insulae Italiae, pars Italiae sunt, & cujusque provinciae (1).] Cujac. *Obs.* XXVII. 2. non passim sequendus, D. Gothofred. *in not.* „An majores &c. An minores? ut Ischia &c." Ita Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 521. *seq.*] unde haec a Gothofredo desumta sunt.

(1) Pothier. *in not. ad h. l.* postrema haec verba ita supplet: & cujusque provinciae *Insulae, pars sunt ejusdem Provinciae.*

L. X.

IDEM *Lib.* X. *ad Edictum.* Junge *L.* 1. *de calumniat.*

Destitisse is videtur, non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum:] Idem *L.* 21. *de minor.* (1).

Plane, si quis, cognita rei veritate, &c. (2).] An, & quando liceat *instantiae* renunciare, vid. apud Sand. *Decis.* I. 18. An in expensas teneatur, Mev. *Part.* VIII. *Dec.* 67.

(1) Ad quam vid. notata.
(2) Additur in Lege: *quam calumniae caussa non instituerat.* Hoc nisi probaverit, ut tergiversator puniendus est. *L.* 15. *pr. de Jur. fisc.* Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. XI.

IDEM *Lib. XII. ad Edictum.*] Ad titulum de *capite minutis* pertinet.

Vel cum quo ego solvi jndicium,] Lege: *vel cum quo ego, solvi judicium,* &c. (1).

(1) Sic quoque hic locus interpungitur in edit. Corp. Jur. Geb. & Spang. & Taurellius quoque ita interpunxit. Verbis ultimis *potuit consistere* Vulg. inserit *judicium.* Non necesse, cum facile ex praecedentibus hic subaudiri possit.

L. XII. (1).

(1) *Committere* hic dici pro *permittere*, notat Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 47. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 798. Potius accipitur pro *injungere*, cum Cujacio, *ad Lib.* XVII. *Paul. ad Edict. in expl.*

expl. h. l. aut pro *commissum relinquere*, cum Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.*

§. 1.

Judicem dari possunt, quibus &c.] Hanc potestatem mixti generis esse, nunc ordinariae, nunc legitimae Jurisdictionis (1), putat Vinn. *de Jurisdict. Cap. 6. num. 4.* Sutholt. *de Jurisdict. num.* 164.

Lege, sicut Proconsuli:] Jan. a Costa, *in Summ. tit. X. de Syndico, p.* 245. accipit de Lege, qua Proconsulis officium initio constitutum fuit: & sic etiam Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ex tribus personis* &c. (2).

Is quoque, cui mandata est jurisdictio judicem dare potest:] Sed vid. *L. unic. Cod. qui pro sua jurisdict.* &c. (3).

Ut sunt Legati Proconsulum:] Non idem in aliorum Magistratuum Provincialium mandatariis (4). Sutholt. *de Jurisdict. num.* 167.

Item hi, quibus id more (5) concessum est propter vim imperii] Id est, magnitudinem potestatis. Sutholt. *d. loc. num.* 164.

Sicut Praefectus urbi, caeterique Romae Magistratus.] Provinciales vero *Potestates* dici, ait Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (6).

(1) Nempe *ordinariae Jurisdictionis* Romae, in Provinciis vero *extraordinariae.* Pro *constitutione* Catharin. *loc. modo cit.* II. 36. & IV. 9. legi vult *consuetudine.* Non necesse putem, eoque minus probabile, quod vox *constitutione* inter voces *Lege* & *SCto* ponatur.

(2) Vid. & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

(3) De qua vid. Noodt. *de Jurisd. & Imp.* II. 11.

(4) Non recte. Vid. Noodt. *loc modo cit.*

(5) Vox *more* apud Hal. abest, probante Perrenonio, *Animadv.* I. 12. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 608. qui tamen putat vocem hanc retineri posse, si appellatione *imperii* mixtum imperium intelligas. Nic. Catharin.

tharin. *d.* Cap. 36. ait: *more*, id est, consuetudine. Pothier. *in not. ad h. l. more*, id est, more Majorum. Conf. Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisd.* §. 5. *in fin.* & Marckart. *Interpr. rec. Lect. Jur. Civ.* II. 7. *p.* 222.

(6) Add. Notata superius ad *L.* 1. §. 1. *quod quisq. jur. in alt. statuer.* &c. Aliquando tamen appellatione *Magistratuum* etiam comprehendi illos, qui Provincias regunt, docet Schulting. *in Enarr. tit. de Jurisdict.* §. 4.

§. 2.

Natura, ut surdus, mutus &c.] Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 6. *num.* 36. (1).

Lege impeditur, qui Senatu motus est.] Aliud olim in notatis a Censore. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 43. (2).

(1) Add. Athan. Oleyza & Olano, *Paralipom. Jur.* IV. 15. §. 57. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 614. Additur: *& impubes*, id est, qui plenissime pubes non est, secundum Bynkersh. *Obs.* VI. 17. *in fin.* An recte, dubito: quoniam additur *quia judicio carent*, quod nescio an usquam de *pubere* dicatur. add. notata ad *L.* 2. §. 1. *de reg. jur.* Ceterum verbo observandum, rationem hanc, *quia judicio carent*, non omnes spectare personas, quae praecedunt, sed tantum *perpetuo furiosos & impuberes: surdi* enim & *muti* aliam ob caussam impediuntur. Simile exemplum supra quoque observavimus in *L.* 16. *de adoption.* ad *L.* 15. §. 3. *eod.* & etiam plura alia facile colligi possent.

(2) Add. Rittershus. *loc. cit. num.* 50. *seqq.* Hoc ad ceteros infames trahendum, notat Pothier. *ad h. l.* Additur in Lege: *moribus feminae* &c. Vid. Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. jur. p.* 12. & Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *pr. de reg. jur.*

§. 3.

Qui possunt esse Judices, nihil interest, in potestate, an sui juris sint.] Per. *L.* 77. & *L.* 78. *h. t.* (1).

(1)

(1) Quod scil. *judicare* munus publicum est. Vid. *dd. LL.* & filiusfam. in caussis publicis pro patrefam. habetur, *L.* 9. *de his qui sunt sui vel al. jur.*

L. XIII.

In tribus istis judiciis, familiae erciscundae &c. quaeritur, *quis actor* &c.] Ratio *L.* 62. *h. t.* (1).

(1) Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l. Ad judicium provocare* hic & seq. Lege dici pro *in jus vocare*, notat Ranchin. *Var. Lect.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 918.

L. XIV.

Sed cum ambo ad judicium provocant, sorte res discerni solet.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 7. *Def.* 23. *Cap.* 3. X. *de probat.* add. Quinctil. *Instit. Orator.* VII. 1. *p.* 509. [ed. Burman. *p.* 589.] eleganter: simile apud Lucian. *Amor. p.* 887. [ed. Graev. *Tom.* I. edit. Reitz. *Tom.* II. *p.* 418.]

L. XV.

Filiusfamilias Judex, si litem suam faciat, &c.] Locus difficilis, unde explicare sese non posse, fatetur Bachov. *ad* §. 2. *Inst. de oblig. quae quasi ex del.* & Vinn. *ad d.* §. Nec nodum solvit Jan. a Costa, *ad pr. Inst. eod.* (1). An legemus: *non, quae tunc in peculio fuit,* &c. (2). Agitur autem de eo, qui dolo egit, ut sequentia docent.

(1) Qui putat, filiofam. Judici, litem suam facienti, esse parcendum, ut in eam tantum quantitatem teneatur, quae tum fuit in peculio, cum sententiam dixit. Cujac. *Obs.* XIII. 18. Legem intelligit de filiofamilias, qui *per imprudentiam* perperam judicavit. Vid. & Idem, *in Recitat. ad h. l.* & Regius, *Enantioph. Jur. Civ.* I. 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1486.

Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* censet, filiumfamilias *vivo patre* ad eam duntaxat quantitatem teneri, sed *patre mortuo* etiam in plus conveniri posse. Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de oblig. quae quas. ex delict.* §. 3. *in fin.* Legem accipit de actione rei judicatae, quae, filio condemnato, in patrem datur. Ipse quoque Schulting. ad edit. in 4to. adscripserat: „ Quid, si hoc accipiamus de actione rei judicatae, quae adversus patrem datur, cum Accursio. Vid. *L.* 3. §. 11. *de pecul.*" Nec aliter Otto, *ad* §. 2. *Inst. de Oblig. quae quas. ex delict.* & Walch. *ad Hopp. Comm. ad d.* §. 2. *Instit.* Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 72. legit *filiifamilias Judex* &c. Sed *filiusfamilias* Flor. legi, & Graecos quoque vertere, jam observarunt Cujac. *dd. locc.* & Leunclav. *Notator.* II. 21. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508.

(2) Haec Schultingii emendatio, nisi paulo audacior possit videri, mihi etiam omnium maxime placeret: sensus certe sic bonus est, nempe, *filiumfam. Judicem, si litem suam faciat*, id est, ut ipse Ulpianus in *seq.* §. 1. hoc explicat, si dolo malo in fraudem Legis sententiam dixerit, *in tantam quantitatem teneri*, seu, ut in fin. Legis dicitur, veram litis aestimationem praestare cogi, *non, quae tunc in peculio fuit*, &c. id est, non vero in eam quantitatem teneri, quae tunc &c.

§. 1.

Judex tunc litem suam facere intelligitur (1), &c.] Obstat *L.* 7. *Cod. quand. provoc. non est nec.* Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* I. *Disp.* 12. *Thes.* 14. *Litt.* C. & D. *p.* 495. (2).

(1) Flor. *intellegitur.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

(2) Vid. & de illa *L.* 7. *Cod.* & de toto *hoc* §. Herald. *de rerum judicat. auctorit.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1109. *seqq.* Tria haec vitia, *gratiam, inimicitiam, sordes*, etiam conjungi apud Lucianum, notat Grotius, *in Flor. Spars. p.* 125. quod obser-

vavit quoque Herald. *d. loc.* §. 3. Ceterum, *litem suam fecisse* etiam videri, qui ad constitutum tempus in comitium non venerat, cum Judex esset datus, aut sumtus, docet Turneb. *Adversar.* XIX. 26. Vid. & Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 792.

L. XVI.

Quae sententia vera non est, &c.] Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de oblig. quae quasi ex del.*

L. XVIII.

IDEM *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 13. *de vac. & excus. mun.* (1).

(1) *Quo minus judex datus* &c. Id est, Judex Pedaneus. Perrenon. *Animadv.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 650. *seq.* Consonat, quod rescribunt Impp. Diocletianus & Maximianus in *L.* 4. *Cod. de Pedan. Judic.*

§. 1.

Legationis (1), *vel Studiorum gratia aberit*,] *L.* 5. §. 5. *de injur.* Al. (2) *abierit:* quid opus?

Ut si res non ex maleficio &c.] *Si* pro *etsi* (3).

(1) Vid. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 7. *Sect.* 2. §. 3. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 169.

(2) Sic Hal. & Best. *de Ration. emend. Leges*, *Cap.* 1. *num.* 5. *p.* 23.

(3) Pothier. *in not. ad h. l.* legendum censet *ut etsi* &c. Non necesse. *Si* pro *etsi* saepe etiam apud alios Scriptores Latinos dicitur. Vid. van Dorp. *Obs. Cap.* 7. *p.* 57. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 3. *p.* 151. & Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 25. §. 17. *p.* 127. & *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 3. §. 2. *p.* 196. qui etiam alios laudarunt. De re ipsa in primis videndus est Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Vera*

Vera haec sunt &c. add. Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 3. §. 14. *seq.* in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 42. *seq.* & Brencman. *Disp. de Leg. Inscript.* §. 23. *ibid. p.* 169. Quaedam quoque notarunt Costan. *Quaest. Jur. Memorab. Cap.* 10. §. 15. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 407. De Retes, *Exc. Analect.* III. 6. in eod. Thes. *ibid. p.* 1278. Suarez. *loc. modo cit. Sect.* 1. §. 51. *seq. p.* 168. Sequitur in Lege: *viaticulo suo non recepto:* ubi *viaticulum* dici pro *viatico* observat Noodt. *Probab. Jur.* II. 4. in med. Plura de hac voce vid. apud Bynkersh. *Obs.* II. 9.

L. XIX.

Heres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit,] Vid. Perez. *Prael. ad tit. Cod. de Jurisd. num.* 9. (1) & quatenus heres sequatur forum defuncti, Fab. *Cod. hoc tit. Def.* 4.

Et conveniendus, si ibi inveniatur,] Quod tamen alias non sufficit ad actionem personalem movendam. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 90. *Error.* 8.

(1) Qui Legem hanc intelligit de *foro domicilii* defuncti: Sed de *foro contractus* Ulpianum agere, docet Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 510. *b. p.* 253. *seq.* & §. 515. *p.* 293. ibiq. cit. Jo. Christph. Koch. *Diss. de Foro heredis.* Giessae 1771. Exemplum esse in *L.* 45. §. 1. *h. t.* observat Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Et sibi domicilium non habuit,] Flor. *& si ibi domicilium* &c. (1).

Bona possideri patietur (2).] Quid si ea non habeat? Covarruv. *Practic. Quaest. Cap.* 10. *num.* 4. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 44. *seqq.* Sed vid. *ad tit. de reb. auctor. Judic. possid.*

(1) Est vitium typographicum: *& si ibi* &c. etiam aliae editt.

editt. Gothofredi habent. Pro *certo loci* hic & in seqq. Hal. reponit *certo loco:* & pro *& si non defendat* legit *& si se non defendat.* Sed neutrum necesse: nam pronomen *se* saepius subaudiendum relinqui, jam supra notavimus ad *L.* 35. *de pactis*, & ad *L.* 6. §. 4. *de his qui not. inf.* & *certo loci* Graecismus est, de quo vid. Ruhnken. ad *Vellej. Paterc.* II. 80. *p.* 337. Pari modo in *L.* 8. §. 11. *de inoffic. testam.* dicitur *post certum temporis.*

(2) Et quidem statim, nec opus, ut Edictis vel literis evocetur, secundum Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.*

§. 2.

Proinde & si merces vendidit certo loci (1),] Cicer. *in Verrem*, III. 60. *Negotiatores putant esse turpe, id forum sibi iniquum ejurare, ubi negotientur.*

Vel disposuit,] Basil. ἢ καταλλάξαντος, *permutavit.* (2) add. D. Gothofred. *in not.*

Videtur,] Cujac. *Obs.* XI. 13. legit *debebit:* improbante Merillio, *Variant. ex Cujac.* III. 16.

Ibidem se defendere.] *Debere* addit Barbeyrac. *in not. ad Bynkersh. de Foro Legator. Cap.* 3. §. 4. (3).

Vel ei vendidit, quem scit inde confestim profecturum,] Vid. exceptiones apud Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 48.

In ea caussa est, ut illic conveniatur:] Id est, *conveniri possit.* Leonin. *Emendat.* I. 16. *num.* 3. legit *defendatur.* Male.

Emtis: vel eo, qui transvehebatur,] Improbat Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* Vs. *A domicilio transeo* &c. (4).

(1) Vid. notata ad *praec.* §.

(2) Cujac. *Obs. loc. cit. disposuit* interpretatur *venum exposuit*, & putat apud Graecos forte legendum καταταξάντος. Sic Graece, διατίθεσθαι. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. *T.* I. *p.* 76.

(3) Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 372. non addit hoc verbum, sed subaudit.

(4) Secutus edit. Vintimillii. Absunt haec quoque apud Hal. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Heineccius, *in Praefat. praemissa Observ. Bynkershoekii* pro *emtis* legit *eunte:* probante Jo. Cannegietero, *Obs. Cap.* 13. §. 11. qui etiam aliam conjecturam adjecit. — *Pergulam*, cujus mentio in seqq. Legis verbis fit, Cujacius, *Obs. d. loc.* & *in Recitat. ad h. l.* dicit, hoc loco esse exedram angustam in superficie aliqua aedium, ubi appendi solebant merces venales. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *A domicilio* &c.

§. 4.

Utrobique (1) *posse conveniri*, *& hic & ibi:*] *L.* 21. *de oblig. & action.* (2). Tricatur in hac Lege Faber, *de Erroribus Pragm. Dec.* 90. *Error.* 6. & 9. & Bachovius etiam, *Adv. Fab. d. loc.* cum tamen de genere actionis nihil hic dicatur: nec se expedit, *de Actionib. Disp.* VII. *Part.* II. *Thes.* 3. Obstat *L.* 1. *de eo, quod certo loco.*

(1) Flor. *utrubique*, quod etiam alibi reperitur. Vid. Scheller. *Lexic.* voc. *utrobique.*

(2) Ad quam vid. Jan. a Costa, *in Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. Sel. Jur. Civ. p.* 133. *seqq.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *A domicilio transeo* &c.

L. XX.

Omnem obligationem &c.] Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 41. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* LVIII. *Paul. ad Edictum, in expl. h. l.* & de varia & multiplici *contractus* significatione D'Avezan. *de Contractib. Part.* I. *Cap.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 7. *seqq.* & Westenberg. *de causs. Obligat. Diss.* II. *Cap.* 2. Negationem in postremis verbis minus recte tollit Haloander. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1554. & Jauch. *de Negat. Pand. p.* 91. & 139.

L. XXI.

L. XXI.

Probandum erit,] *Prorogandum erit:* & mox pro *solvere, audiendum eum*, legit *solvere ad diem modicum*, Nic. Catharin. *Obs.* I. 37. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 494. & in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 776.] Male (1).

Dandumque diem &c.] Haec Triboniano (2) adscribit Faber, non negante Hubero, *Eun. Rom.* *p.* 233. cum tamen nihil hic videatur peccatum.

Modicum autem tempus hic intelligendum est, quod post condemnationem reis indultum est.] Paul. *in Sent.* V. 5. §. 2. *L.* 6. §. *ult.* *de confess.*

(1) Vid. Marckart. *Interpr. Recept. Lection.* II. 16. §. 2. *p.* 273.

(2) Verba *cum competenti cautela* a Triboniano addita esse, etiam censet Burgius, *Elector.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 329. Graeci addunt: ὅτι μετὰ τετράμηνον δίδωσι, *quod post menses quatuor solvat.* Vid. Leunclav. *Notat.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508.

L. XXII.

Qui non cogitur in aliquo loco judicium pati, &c.] Non pertinet ad *Legatos*. Vid. ad *L.* 2. §. 5. vs. *sed & si agant.* *h. t.* qui nec ipsi agere possunt: in aliis non idem. Bynkersh. *de Foro Legator.* *Cap.* 16. (1).

(1) Ad *reconventionem* Legem hanc pertinere, putat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* aliique. Sed rectius Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Jurisdict.* §. 204. *p.* 187. illam accipit de eo, qui habet *jus revocandi domum*. Pro *si ipse ibi agat, cogitur* &c. ut Flor. est, Hal. habet *si ipse agat, ibi cogitur* &c. probante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vulg. *ibi* repetit.

L. XXIII.

Non potest videri in judicium venisse &c.] Vid. Noodt. *de Jurisd.* & *Imper.* I. 13. Exceptiones vid. apud Sand. *Decis.* I. 4. *Def.* 1. & ibi citatos, & Fab. *Cod.* VII. 20. *Def.* 35.

Accidisset:] Flor. (1) *accedisset*, quod pro *accessisset* accipit, & probat Nic. Catharin. *Obs.* I. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 487. & in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 773.] Sed res ipsa id non patitur: quae enim *accedunt*, omnino in judicium deducta intelliguntur, non quae *accidunt*, τὸ συμβὰν, ut est in Basil. Vid. D. Gothofred. *in not.* & *L.* 14. §. *ult. de aq.* & *aq. pluv. arc.* (2).

(1) Taurellius edidit *accEdisset*. Sed in Corp. Jur. Geb. & Spang. legitur *accidisset*. Plura de hac Lege vid. apud Averan. *Interpr. Jur.* IV. 23.

(2) Add. Guilielm. Barclaj. *ad L.* 31. *de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 884.

L. XXIV.

Non alias in eos, quos Princeps evocavit, &c.] Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 22. *seqq.* (1).

(1) Add. Bynkersh. *de Foro Legator. Cap.* 6. — De voce *Legati* in seq. §. 1. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. initio revera fuisse *Delegati*, sed syllabam *De* antiquissime esse expunctam, adeo tamen subtiliter, ut magnam attentionem ea litura desideret. Ruffardus imponere dixerat, qui annotant, Flor. legi *Delegati*.

§. 2.

Quoniam ex praesenti possessione haec actio est?] *L. unic. Cod. de alien. Judic. mut. causs.* (1).

Ne

Ne ab officio suscepto Legationis avocetur.] Junge *L.* 26. *h. t.*

(1) Ubi igitur nihil mutandum, quamvis id velint Noodt. *Comm. ad tit. Pand de alien. jud. mut. cauff.* circa fin. & Schulting. *in Enarr. ejusd. tit.* §. 2. Locutiones enim plane similes sunt. De ipsa autem hujus §. doctrina vid. Bynkersh. *de Foro Legator. Cap.* 6.

L. XXV.

Si Legationis tempore &c.] *L.* 32. §. 9. *de rec. qui arbitr. rec.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* I. *Julian. Digest. in expl. h. l.*

L. XXVI.

Paulus *Lib.* XVII. (1) *ad Plautium.*] Junge *L.* 24. *h. t.*

Sed, nisi satisdet, mittuntur &c.] *L.* 52. *in fin. h. t.* Al. pro *sed* legunt *licet* (2).

Sed & in hereditariis creditoribus dicendum est.] Junge *L.* 28. *h. t.*

(1) Flor. *decimo septimo*, voce *septimo* uncis inclusa recentioribus, sed male. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Hal. *licet, nisi satisdetur, mittantur* &c. De hac satisdatione vid. tit. *ut Legat. vel fideic. servand. cauff. cav.* — De seq. *L.* 27. vid. Cujac. *ad Lib.* I. *Julian. Dig.*

L. XXVIII.

Paulus *Lib.* XVII. *ad Plautium* (1).] Junge *L.* 26. *h. t.*

(1) In edit. Corp. Jur. Geb. & Spang. male legitur *ad Edictum.*

§. 1.

Nec exceptio Trebelliani obstat &c.] Verbum *Trebelliani* mihi suspectum.

§. 3.

Ædium nomine Legatus &c.] Etiam non Municipalis. Bynkersh. *de Foro Legator. Cap.* 16. (1).

(1) Etiam Veteribus JCtis nonnunquam Versus Hexametros excidisse, & exemplum quoque esse in hujus §. verbis: *Legatus damni infecti promittere debet*, notat Scip. Gentil. *Parerg.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1350. Similia exempla etiam apud alios, prosa oratione scribentes, reperiuntur. Vid. Casp. Barth. *Adversar.* II. 16. XVI. 14. LII. 9. Van Staveren, *ad Nepot. in Praefat. p.* 6. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 17. *p.* 190. — De seq. §. 4. vid. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand.* & Bynkersh. *Obs.* VIII. 19.

§. 5.

Quia poterant plures nasci:] Ex opinione nostra.

Cum per rerum naturam &c.] *Cum*, id est, *quamvis*. Gloss. Natura scil. rerum nobis ignota, quid ferat. add. Bynkersh. *Obs.* IV. 15. ubi dicit, auctores Veteres hic non dissensisse (1).

Nec rerum naturam intuendam, in qua &c.] Vid. Preher. *Parerg.* II. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 911.] Cujac. *ad L.* 100. *de verbor. oblig.* Frustra Ant. Faber in his quaedam desiderat. Vid. Huber. *Eun. Roman. p.* 234. Quaedam de hac Lege habet Lopez. *Animadv. Cap.* 11. [in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 455.] sed non magni momenti.

(1) Vid. & Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 140. & Henr. van Hoogwerff. *Diss. de Variis Jur. Rom. partibus Stoam redolent. Cap.* 2. §. 3. in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 76

L. XXIX.

L. XXIX.

Qui appellat prior, agit.] Quod in genere verum. Leonin. *Emend.* III. 19. (1) ubi etiam de Lectionis varietate.

(1) Ubi recte notat, verbum *appellare* hic non sumi pro *provocare ad Judicem superiorem*, sed pro *in Judicio convenire, ad Judicem vocare.* Conf. Westenb. *in D. Marco*, *Diss.* XXVI. §. 3. *p.* 266. Consonat, quod ait Cajus in *L.* 13. *h. t.* Quam varie hic locus ab antiquis Interpp. intellectus sit, vid. apud Calder. *Variar. Lection.* II. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 612.

L. XXX.

MARCELLUS *Lib.* I. *Digestorum.*] Junge *L.* 31. *ad Municipal.*

Ubi acceptum est semel Judicium, &c.] Id est, *lite contestata.* Merill. *Obs.* VII. 33. Sand. *Decis.* I. 7. *Def.* 1. (1). Dissentit D. Gothofred. *in not.*

(1) Add. Huber. *Prael. ad tit. Pand. de in jus voc.* §. 19. Pro *acceptum* Hal. & Vulg. habent *coeptum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & ita quoque Graecos legisse videri, notat Leunclav. *Notat.* II. 128. in Thes. Otton. *Tom.* III *p.* 1530. Sed vid. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 2. *p.* 10.

L. XXXI.

Nec enim quisquam alienam actionem &c.] Vid. *L.* 123. *de reg. Jur.*

L. XXXII.

ULPIANUS *Lib.* I. *de Officio Consulis.*] *Proconsulis* legit Charond. (1).

Si Judex, cui certa tempora praestita (2) *erant*, &c.] *L.* 2. §. 2. *h. t.*

Ita tamen, ut legitimum tempus non excedat.] Haec exceptio est Triboniani. Vid. Wissenbach. *Emblem. Tribon. p.* 25. Huber. *Eun. Rom. p.* 234. *seq.* (3). Dissentit Bynkersh. *Obs.* VII. 23. (4). An recte?

(1) Scripsit tamen Ulpianus etiam *tres Libros de Officio Consulis.* Hal. *Lib.* V. *de Officiis Proconsulum.* Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Hal. *praestituta.* Bynkersh. *Obs.* III. 1. *praestita* dictum putat pro *praestituta.*

(3) Item Noodt. *de Jurisd. & Imp.* I. 13. & Pothier. *in not. ad h. l.*

(4) Etiam Wybo, *in Tribon. defens. p.* 252. Jan. Valckenaer. *Diss. de Duplici Legum interpretatione, Cap.* 7. §. 4. putat quidem, haec verba ab ipso Ulpiano profecta esse, Tribonianum tamen iis respexisse ad jus *L.* 13. *Cod. de Judic.*

L. XXXIII.

MODESTINUS *Lib.* III. *Regularum.*] Ad titulum *de Jurisdictione* magis pertinet.

Non videtur in Judicem consensisse, &c.] Vid. Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 11. *num.* 7. (1). *Judicem*, id est, Magistratum.

(1) Majans. *Disp.* XLIX. §. 2. Legem hanc intelligit de casu, quo prius ad Judicem itum est, quam actio est edita. Ceterum *genus actionis edere*, & *nomen actionis exprimere*, non esse idem, docent Schulting. *in Enarr. tit. de edendo*, §. 5. Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 17. *p.* 107. Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 24. *seq.* — Ad seq. *L.* 34. conf. notata ad *L.* 19. *pr. h. t.*

L. XXXV.

Non quemadmodum fidejussoris obligatio &c. *ita Judi-*

cium

cium in pendenti potest esse, & (1) vel in futurum concipi, &c.] Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 7. *Def.* 30. Sed vid. exceptionem in *L.* 18. §. 1. *de alim. & cibar. legat.* & alias apud Sand. *Decis.* I. 4. *Def.* 3. & Gail. *Obs.* II. 74. quem tamen in *fin.* non probo.

Quae postea in obligationem adventurae sunt:] Facit huc Victorin. *in Rhetor. Ciceron.* I. *p.* 105.

Judicium vero ante aliquid debeatur, non posse (2).] Sed quidem de consecuturis jam debita. *L.* 76. §. 1. *de verb. oblig.* ubi vid. Cujac. (3).

(1) *Et* apud Hal. abest: alterutra vox certe sufficit.

(2) Hal. *non possit:* quoniam praecedit *quin-possit*. Sed non necesse: pendet enim *τὸ posse* a verbo *dubitaturum*, quod non solum cum *quin*, sed etiam cum Infinitivo struitur. Similia exempla structurae in una periodo variatae etiam apud alios Scriptores permulta reperiuntur. Vid. Ruhnken. *ad Rutil. Lupum*, II. 6. *p.* 95. add. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de calumniat.* Ridendus adeo Jensius, *in Strictur. ad Jur. Rom. Pand. p.* 29. hoc etiam adferens ut exemplum malae e Graeco versionis.

(3) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* — Sequentem *L.* 36. *pr.* exposuit Westenberg. *in D. Marco, Diss.* IV. *p.* 56. *seqq.*

L. XXXVII.

Si de vi & possessione quaeratur,] *Simul;* alioquin eligere laesum posse, putat Merill. [*Obs.* II. 36.] per *L.* 7. *Cod. unde vi*, & *L. unic. Cod. quand. civil. act.* (1).

Possessione] Id est, proprietate, ut mox. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. ad L. Jul. de vi publ.* [*Tom.* III. *p.* 82.]

Τῷ κοινῷ τῶν Θεσσάλων, (2) *id est*, (3) *communi, seu Reipublicae Thessalorum.*] *Communi*, ita Cicero & alii. Vid. D. Gothofred. *in not. ad L.* 5. §. 1. *ad L. Jul. de*

vi publ. (4). Est concilium totius gentis. Vid. Vales. *ad Euseb. Histor. Ecclesiast.* IV. 13.

(1) De pugna, quae possit videri intercedere inter hanc *L.* 37. ut & *L.* 5. §. 1. *ad L. Jul. de vi publ.* & inter *L.* 1. *Cod. de appellat.* & *L.* 7. *Cod. ad L. Jul. de vi*, vid. Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* I. 13. ubi etiam plures alii auctores citantur. add. Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 534. *not.* 65. *p.* 520. Ceterum, vulgo putant Interpp. Divum Pium hic, quemadmodum & alibi, venire sub nomine *Hadriani*, quoniam in *d. L.* 5. §. 1. *ad L. Jul. de vi publ.* ubi videri posset idem rescriptum occurrere, *D. Pii* mentio fit. Haec est sententia Cujacii, Burgii, Raevardi, aliorumque, quos citat Noordkerk. *Obs. Cap.* 5. *p.* 97. add. Westenberg. *in D. Marco*, *p.* 4. Van de Water, *Praef. ad Jan. a Costa Comm. ad Inst. pag. si numeres* 7. Jac. Voorda, *loc. cit.* Sed huic vulgari sententiae se opposuit Noordkerk. *d. loc. p.* 96. *seqq.* cum Spanhemio, & Jac. Gothofredo contendens, nusquam in Legibus sub nomine *Hadriani* venire *Pium:* neque etiam in nostra *L.* 37. & *L.* 5. §. 1. idem ejusd. Imperatoris rescriptum occurrere, sed alterum esse *Hadriani*, alterum *Antonini Pii.* Noordkerkio adsentitur Bachius, *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 1. §. 2. *in not.* ad quem locum tamen Stockman. in novissima editione, quae prodiit Lipsiae, 1807. citavit, ut a Bachio dissentientem, Car. Frid. Christ. Wenckium, *Comm. ad LL. Imp. Titi Ælii Antonini Pii*, *Specim.* I. *p.* 5. *seq.* Lips. 1804. 4.

(2) Const. Landus, *Praetermissor.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1456. legit τῷ κοινῷ Συρακουσίων; & sic etiam habet Hal. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Flor. est τῶν Θεσσάλων. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 16. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1550. & Jac. Voorda, *loc. modo cit.*

(3) In Cod. Flor. haec interpretatio non exstat.

(4) Add. Nerium, *Analector.* II. 37. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 487. & Ernest. *in Clav. Ciceron.* voc. *communis*, in fin.

L. XXXVIII.

Quod legatur &c.] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 18. *Etiam ibi peti debet, ubi res est.*] *L.* 52. §. 3. *h. t.* D. Gothofr. *in not.* „ *Solvi*, Hotoman. *Obs.* III. 7." Basil. nihil mutant (1). Bachov. *ad Treutl. Vol.* I, *Disp.* 3. *Thes.* 9. *Lit. g. p.* 129. Vinn. *Sel. quaest.* I. 18. Rittershuf. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 53. censent, respici hic in primis vim & effectum solutionis (2). Wissenbach. *Disp. ad Pand. hoc tit. num.* 22. *debet* explicat *potest* (3), ut *L.* 9. *de auro arg. leg.* add. Cujac. *Obs.* XIII. 17. (4).

(1) Male tamen ibi omitti *etiam*, notavit Schulting. ad edit. in 4to.

(2) Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Legem hanc intelligit de Legato *per vindicationem* relicto. Alii etiam aliter. Vid. Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 515. *not.* 89. *p.* 288. *seq.* & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t.* §. 77. add. Huber. *Prael. ad eund. tit.* §. 50. & Lyclam. *Membran.* III. 4. Pothier. *in Pand. Just. hoc tit. num.* 40, *not. f.* Vinnium sequitur.

(3) Sic etiam Noodt *ad h. t. Pand.* Vs. *Proximum est* &c.

(4) Item Rittershuf. & Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 14. *not.* 3. & Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 20. §. 5.

L. XXXIX.

Cum furiosus Judex addicitur (1) &c.] Frustra haec quidam carpunt. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 235. *seq.*

(1) Hal. *additur*, & mox *addendo* pro *addicendo*. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Male. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* X. §. 5. & Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, §. 8. Hallucinatur adeo hic Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 29. Vid. Gluck. *Ausfuhrl. Erl.*

Erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit. §. 506. *not.* 46. *p.* 214. Add. notata inferius ad *L.* 46. *h. t.* & Cujac. *ad Lib.* III. *Papin. Quaest. in expl. h. l.*

§. 1.

Ex qualibet caussa fidejubere potest (1):] Add. *L.* 7. *qui satisd. cog.*

(1) Additur: *cum privilegio suo, cum sit in Italia contractum, uti non potest.* Ita Flor. & sic etiam alii Codd. habent. Sed Hal. in margine: *quamquam privilegio suo, cum in alia sit contractum, uti non possit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Cujac. *loc. modo cit.* observat, prius *cum* poni pro ὅτι, *quia;* posterius pro ὅταν, *quando.* Post *cum* priore significatione saepe apud Nostros Indicativum sequi, supra jam notavimus ad *L.* 3. *de Just. & Jur. not.* 2.

L. XL.

Non quidquid Judicis potestati permittitur, id subjicitur (1) *juris necessitati.*] Appellari tamen ab eo posse volunt DD., si quid non faciat, cum tamen justa & evidens ratio id exigat. Vid. Mev. *ad Jus Lubec.* I. 1. *Art.* 2. *num.* 106.

(1) Sic etiam Hal. Sed Flor. *subicitur.* Vid. notata superius ad *L.* 1. *h. t.* Graeci vertunt: οὐ πάντα τὰ ἐπιτετραμμένα αὐτῷ ὁ δικαςὴς ἀναγκάζεται ποιεῖν. Add. Cujac. *ad Lib.* IV. *Papin. Quaest. in expl. h. l.*

L. XLI.

In omnibus &c.] Vid. Cujac. *Obs.* XVII. 37. (1) & Leonin. *Emend.* I. 14.

Bonae fidei Judiciis] *L.* 38. *pr. pro socio.* Non *stricti juris. L.* 47. §. 2. *de pecul.* Wissenb. *Disp. ad Pand.*

Pand. hoc tit. num. 27. Sed in *arbitrariis* quidem. *L.* 13. §. 5. *de pign. & hypoth.* Extendunt ulterius alii ad omnes debitores, quorum inopia metuitur. Vid. Mev. *ad Jus Lubec.* I. 5. *Art.* 10. *num.* 18. & III. 5. *Art.* 6. *num.* 3. & Peckium, *de Jure sistend. Cap.* 4. *num.* 6.

Cum nondum dies praestandae pecuniae *venit*,] Quae tamen debetur. Vid. Noodt. *de Foenor. & Usur.* III. 11. Alii etiam idem volunt in debito *conditionali*, etiam Chesius, *Differ. Jur. Cap.* 25. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 690.] Sed non probat (2). Tricatur Bachov. *de Action. Disp.* VI. *Thes.* 25.

Si agat aliquis ad interponendam cautionem,] Non autem potest Judex *ex officio. L.* 1. §. 2. *de usur.*

(1) Add. Idem, *ad Lib.* XI. *Papin. Quaest. in expl. h. l.*

(2) Vid. & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. XLII.

Si uxor a Legato Romae diverterit, dotis nomine defendendum Romae *virum*, &c.] Quia factum ibi est divortium: sic non obstat *L.* 65. *h. t.* (1). Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 49. *seq.*

(1) Quam de casu, quo matrimonium *morte viri* dissolutum est, accipit Rittersh. *loc. cit.* Vid. & Cujac. *ad Lib.* XXIV. *Papin. Quaest. in expl. h. l.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. XLIII.

Quocunque loco] Idoneo tamen: minus bene Faber, *de Errorib. Pragmat. Dec.* 90. *Error.* 8. Vid. Bachov. *ibid.* (1).

(1) Add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXVII. *Papin. Quaest. in expl. h. l.* & Noodt. *in Comm. ad tit. Pand.*

Pand. de eo quod certo loc. Vf. *Addamne &c.* *Infulam* faepe in Jure dici pro *domo*, notum eft, & fupra quoque jam obfervavi ad *L.* 4. §. 2. *de Offic. Praef. Vigil. not.* 1. Vid. tamen de *infularum* & *domorum* differentia De Back. *Diff. ad. L.* 1. *D. in quib. cauff. pign. vel hyp.* &c. *Cap.* 4. in Thef. Diff. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 93. *feqq.*

L. XLIV. (1).

(1) Vid. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* II. *Papin. Refp. in expl. h. l.*

§. 1.

Quae res domino, quandoque propriam litem inferenti, non obftabit (1).] Judicium enim *nullum* eft: nec hic locum habet *L.* 3. *de Offic. Praetor.* vel §. 7. *Inft. de teftam. ordin.* Ibi enim publica cauffa fuit, & publicum officium. Vid. Jan. a Cofta, *ad d.* §. 7. *Inft.* (2).

(1) Senfus eft: Quamvis ex hac cauffa abfolutus fuerit debitor fervi, non ideo minus poterit utiliter conveniri a domino fervi, cui per fervum quaefita adv. hunc debitorem actio competit. Sic Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Add. Cujac. *loc. modo cit.*

L. XLV. (1).

(1) Vid. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* III. *Papin. Refp. in expl. h. l.* De argentariis vid. notata fuperius ad *L.* 4. *pr. de edendo.*

§. 1.

Nomine puellae tutoribus in provincia condemnatis, curatores *puellae* &c.] *L.* 4. §. 1. *de re judic.* (1).

(1) Speciem Legis proponit Cujac. *loc. modo cit.* add. notata fuperius ad *L.* 19. *pr. h. t.*

L. XLVI.

Quia recte ab initio Judex addictus *est.*] *L.* 39. *L.* 80. *h. t.* Duaren. *additus:* male. Vid. Rittershuf. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 6. *num.* 40. qui monet, & ipsum postea inde recessisse (1).

(1) *Add.* notata superius ad *L* 39. *pr. h. t.* & Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaest. in expl. h. l.* De *morbo sontico* vid. notata superius ad *L.* 2. §. 3. *si quis caution. in judic. sistend. &c. not.* 1.

L. XLVII.

Observandum est, ne is Judex detur, quem altera pars nominatim petat,] *Utrique* enim debet placere. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 43. *Neminem voluerunt Majores nostri non modo de existimatione cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse Judicem, nisi qui inter adversarios convenisset.* Pollet. *Hist. For. Rom.* V. 5. *in fin.* (1).

Nisi hoc specialiter a Principe &c.] Exceptio regulae parum congrua, & a Triboniano, juxta Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Facit tamen *L. ult. quis a quo appell.* quamvis vix tales hic sint termini.

(1) Add. Merill. *ad Lib.* I. *Callistrati Quaest. in expl. h. l.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 618. & Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 6. §. 2. & *Cap.* 8. §. 2. qui priore loco exceptionem *nisi hoc* &c. etiam tribuit Triboniano. Pro *permitteretur* Hal. & Vulg. habent *permittatur.* Vid. Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XLVIII.

Τοὺς ἄρχοντας] *Municipales* (1), juxta Pancirol. *de Mag.*

Mag. Municip. Cap. 8. Ἄρχων τῆς Ἑλλάδος, Philostr. *de Vit. Apollon. Tyan.* VIII. 23. (2).

Κρινέτωσαν] Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Respons. in expl. h. l.* ἢ κρινέτωσαν, ex Basil. (3).

(1) *Magistratus Atheniensium*, Alciat. *Dispunct.* IV. 6. Vid. & Pancirol. *in Thes. Var. Lection.* II. 24. in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* II. *p.* 1144. *seq. Praesides Provinciarum*, Cujac. *loc. cit.* & *in Recitat. ad h. l.* generaliter *Magistratus vel Praesides*. Hal. vertit *Praetorem*, notante Ant. Augustino, *ad Modestin. Lib. sing.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1562. cum quo *Magistratus Provinciales omnes* intelligit Charond. *in not. ad h. l. Magistratus majores*, Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 6. §. 10. *Duumviros Municipiorum*, Otto, *de Ædil. Colon. & Municip. Cap.* 2. §. 3. Ceterum versio Latina, quae in editt. Gothofred. aliisque additur, non exstat in Cod. Flor. Aliam hujus loci versionem dat Schulting. *loc. modo cit.* Integram ad hanc Legem Dissertationem conscripsit Zach. Huber. in ej. *Diss. Jurid. & Philolog. Tom.* II. *p.* 216. *seqq.* qui, secundum D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 10. *p.* 293. optime hanc Legem explicuit.

(2) Sic ἄρχων τῆς Ἀσίας, Eunapius Vet. Sophist. in Chrysanthio. *p.* 198.

(3) Non necesse, secundum Schulting. *loc. modo cit.*

L. XLIX.

Venditor ab emtore denunciatus (1) &c.] *Edict. Theoderici, Cap.* 139. Vid. Sand. *Decis.* I. 1. *Def.* 5. Fab. *Cod.* III. 12. *Def.* 1. Carpzov. *Def. Forens. Part.* I. *Const.* 3. *Def.* 28.

Paulus respondit, venditorem emtoris Judicem sequi solere.] Facit huc *L.* 7. §. 4. *de accusat.* (2). Aliud, cum emtor de evictione contra venditorem agit. Cyriac. *Controv.* 383. Mev. *Part.* VII. *Dec.* 167. & *Part.* IX. *Dec.* 156.

(1) Id est, *venditor, cui emtor denunciavit* &c. Vid. Idsing. *Varior. Cap.* 5. *p.* 36. & Marckart. *Interp.*

Re-

Recept. Lect. Jur. Civ. I. 4. §. 3. *p.* 23. Hanc etiam malam e Graeco versionem esse, somniat Jensius, *Strictur. ad Pand. p.* 31.

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. Respons. in expl. h. l.* Franc. Callet. *Comm. ad tit. Cod. de evict͏ion. Cap.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 331. Voet. *ad tit. Pand. de eviction.* §. 20.

§. 1.

Judices a Praeside dati solent etiam in tempus successorum ejus durare, &c.] D. Gothofred. *in not.* „ Imo nemo judicare jubere potest eo die, quo privatus futurus est. *L.* 13. *in fin. de Jurisd.* " Non obstat: id enim hic directo non fit. add. Vinn. *de Jurisd. Cap.* 12. *num.* 2. (1).

(1) Add. Cujac. *loc. modo cit.* & *in Recit. ad h. l.* & conf. notata superius ad *L.* 13. §. 1. *de Jurisd. not.* 3.

L. L.

Si fideicommissum ab aliquo petatur, &c.] Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 53. (1).

Ubi major pars hereditatis est:] Facit huc *L.* 66. *in fin. ad SCtum Trebell.*

(1) Add. Voet. *ad tit. Pand. de Legat.* §. 58. & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. hoc tit. num.* 40. *seqq.* — In inscriptione seq. *L.* 51. Codicem Campensem pro *Marcianus* minus recte habere *Marcellus*, ex Bondamo notat M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcello*, *Sect.* I. *Cap.* 8. §. 4. in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 59. Appellatione *fideicommissarii* hic non intelligi eum, cui fideicommissum relictum est, sed eum, qui fideicommisso gravatus est, observat Pothier. *in not. ad h. l.* add. D. Gothofred. *in not.* & Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* voc. *fideicommissarius.* Neque adeo necesse, ut cum Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.* pro *fideicommissarius* legamus *fideicommissum*.

L. LII.

§. 1.

Si libertis suis tesseras frumentarias &c.] Vid. Averan. *Interp. Jur.* II. 18. (1).

(1) Add. Turneb. *Adversar.* XIX. 26. & Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp.* III. 6. *p.* 407. *seq.*

§. 2.

Clarissimis] Facit huc *L.* 36. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Ad verba *qui honorem habitum volunt* &c. vid. Forner. *Select.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 29. — De varia lectione verborum *sed fideicommissa satis* in seq. §. 4. vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hoc §. Ant. Fab. *in Ration.*

L. LIII.

Vix (1) certis ex caussis *adversus dominos servis consistere permissum est:*] Ex *nullo*, sub Nerva. Vid. Dion. *Excerpt. Lib.* LXVIII. *pr.* Ex *omnibus*, sub Caligula. Vid. Joseph. *Antiq.* XIX. 1.

(1) Ita Flor. Sed Hal. *in certis caussis:* probante D. Gothofred. *in not.* Florentinam tamen tuentur Ant. Augustin. *Emendat.* III. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1525. & qui totam hanc Legem exposuit, Finestres & de Monzalvo, *in Libb. Hermog. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 252. *seqq.* Nihil quoque mutant Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Sed Hoffman. *in Meletem. ad Pand. Diss.* VI. §. 1. legendum conjicit: *dixi certis ex caussis* &c. Si emendatione opus foret, magis placeret conjectura Graefandii, *Specim. Inaug. Obs. Miscell. p.* 18. *Traj.* 1794. reponentis: VIII. *certe ex caussis* &c. Tot enim caussas hac Lege enumerari, observat quoque Ant. Faber, *d. loc.* — Ad seq. *L.* 54. vid. Cu-

Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Raevard. *de Praejudic.* II. 7. Loca e jure, quae huc pertineant, collegit Pothier. *Pand. Justin. tit. de exception. num.* 13. *seqq.* Nihil ad hanc Legem notavit Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 13. *a.* & non magni momenti est, quod ad eam monuit Ant. Quintanaduegn. *de Jurisd. & Imp.* I. 12. §. 15. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 267.

L. LV.

Trium Edictorum] *L.* 8. *Cod. quomodo & quando* (1).

(1) Add. Noodt. *Obs.* I. 8. & citatos inferius ad *L.* 68. & 70. *h. t.* Pro *solet successor* &c. Hal. & Vulg. habent *solet tamen successor* &c. quoniam praecedit *licet.* Sed *tamen* saepe post *quamquam*, *quamvis* &c. omittitur. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Galba, Cap.* 3. *p.* 744.

L. LVI.

ULPIANUS *Lib.* XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 12. *de solution.* (1).

Deinde ratum dominus habuerit,] Expresse (2) id fieri debere, volunt. Vid. Feltman. *de Jurament. Perhorrescent. Cap.* 26. *num.* 30.

(1) Conf. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 178. ibiq. Walch. & Labitt. *in Usu Indic.* §. 37. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 60.

(2) Quidni etiam tacite? Vid. *L.* 5. *ratam rem hab.* add. Voet. *ad tit. Pand. de Procurator.* §. 10. & A. G. Besier. *Diss. de Ratihabit. Cap.* 1. §. 2. & *Cap.* 3. §. 3.

L. LVII.

Transactio vel judicati datur.] Basil. [*Tom.* I. *p.* 386.] μεταβαίνει ἡ δίκη, καὶ ἀπόφασις πρὸς τὸν διεκδικηθέντα.

Translatio Judicii datur, Haloand. Vid. D. Gothofr. *in not.* (1). *Translatio datur Judicii*, MS. Bynkersh., qui, ut & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* (2) legit *transit actio*, ex Basil. Vid. Bynkersh. *Obs.* II. 23. Etiam Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 136. *transit actio vel judicati datur* (3).

(1) Hanc Lectionem sequitur etiam Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Faber tamen ipse praefert *translatio*, & laudat quoque P. Fabr. *Semestr.* I. 12. & 13. qui hanc Legem *ibid.* exposuit, & pro *transactio* legendum conjecit *transfertur actio*.

(3) Porro Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* VI. §. 2. ope geminationis legit *transacti actio:* quam emendationem repetiit J. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 15. *p.* 427. eamque maxime laudat Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 17. quamvis hic deinceps, *in Meletem. Jur. Civ. Cap.* 6. §. 5. in *Opusc. Sylleg. p.* 175. *seq.* nihil mutandum censuerit, putans, *transactio* Ulpianum scripsisse pro *actio ex transactione*. Denique J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* I. 2. mavult *judicii translatio vel judicati datur*.

L. LVIII.

Judicium solvitur (1) *vetante eo, qui judicare jusserat:*] *L.* 12. *pr. h. t.*

Si ipse Judex ejusdem imperii esse coeperit,] Facit huc *L.* 4. *de rec. qui arbitr. rec.* (2).

(1) Nempe quoad hunc Judicem. Vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Quintanaduegn. *de Jurisd. & Imper.* I. 6. §. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 233.

L. LX.

Mortuo Judice &c.] Quid alienata Jurisdictione, Fab. *Cod.* III. 1. *Def.* 24. vel mutata, Mev. *Part.* I. *Dec.* 214. (1).

(1)

(1) *Subditum* in hac Lege dici, qui in locum mortui datur, notat Cujac. *in Recit. ad h. l.* add. Festum, & Brisson. *de V. S.* voc. *subditus.*

L. LXI.

Solemus quidem dicere, &c.] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 30.

Quid ergo? melius est dicere, id venire in Judicium, non de quo actum est, ut veniret &c. (1)] Contrarium *L.* 83. §. 1. *de verbor. oblig.* ubi hoc casu spectatur intentio actoris. Vid. Merill. *Obs.* II. 19.

(1) Sic Flor. Sed Hal. habet: *id venire in Judicium, de quo vel actum non est, ut veniret* &c. Baudoza, *non id venire in Judicium, de quo actum est, ut veniret* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. cui non displicet transpositio Baudozae; si ita locus interpungatur: *melius est dicere, non, id venire in Judicium, de quo actum est, sed, id non venire, de quo* &c. Fatetur tamen, octo Mss. Lectionem Florentinam ad unguem exprimere. Sensus quoque eodem redit. Nempe, si quaeratur, quid in Judicium venerit, tunc in dubio non quidem hanc regulam statui posse: *in Judicium venire id, de quo actum est inter Litigantes, ut veniret:* cum enim Judicium in invitum reddatur, nullae sunt hac in re rei partes, qui, ut Celsus ait, semper diceret, non convenisse, ne condemnetur. Hoc tamen recte dici posse: *in Judicium non venire id, de quo nominatim actum est, ne veniret.* Plura dabit Averan. *d. loc.* Ceterum, in praecedentibus Legis verbis pro *periculose esse* Vulg. habet *periculosum esse.* Apud Hal. *esse* abest. Sed nihil mutandum: saepe enim Adverbia ponuntur pro Adjectivis, & vicissim. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* III. 51. §. 4. & XXII. 12. §. 7. & Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Divers. Lib.* VI. *Ep.* 11 — Quinam dicti fuerint *Latrunculatores*, de quibus agitur *seq.* §. 1. docet Cujac. *Obs.* XIX. 11. add. Idem, *in expos. Nov.* 8. circa fin. & *in Recit. ad h. l.* Coras. *Miscellan.* III. 17. Vinn. *de Jurisdict.*

II. 2. Brisson. *de V. S.* in voc. Burman. *Anthol. Latin. Tom.* II. *p.* 608. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 392.

L. LXII.

Esse enim debet, qui onera petitoris sustineat, &c.] De quo & Rhetores quaesivere, quis prior deberet dicere. Quinctil. *Inst. Orat.* VII. 1. *p.* 509. [edit. Burman. *p.* 589.]

L. LXIII.

Idem *Lib.* XLIX. *ad Edictum,*] Junge *L.* 10. *de adm. & peric. tutor.* (1).

(1) Verba *qui quod judicatum est*, &c. D. Goth. *in not.* exponit: *qui judicatum solvi non satisdat:* atque ita *non solvit* dici pro *non soluturus est*, *non solvere statuit*, notat Reitzius, *in Obs. Miscell. Vol.* X. *p.* 371. Gothofredum sequitur etiam Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Just. tit. judicatum solvi, num.* 17. Sed Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* non male observat, sic hac Lege bis idem dici, quapropter hujus versiculi sensum potius hunc esse putat; *nec defendi videri eum, qui condemnatus non solvit, quod judicatum est.* Huc etiam redire videtur sententia Cujacii, *in Recit. ad h. l.*

L. LXIV.

Sed ex eo, quod in litem juratur:] *L.* 18. *pr. de dol. mal.* (1).

(1) Add. Jo. Matth. Magni, *Ration. & Different. Jur. Civ.* II. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 303. & Jac. Gothofred. *ad L.* 24. *de reg. jur.*

L. LXV. (1).

Exigere dotem mulier debet illic, ubi maritus domicilium

lium habuit,] Non obstat *L.* 42. *h. t.* ubi vide. Quid in casu, quo bona alibi sita, Fab. *Cod.* I. 5. *Def.* 3. *not.* 11.

Nec enim id genus contractus (2) *est, ut & eum locum* &c.] Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 53. notat, hoc spectare tantum *dotem*: ceterum de rebus ante gestis mulierem & in loco rei gestae conveniri posse. — Idem volunt circa *lucra nuptialia* Cons. JCtor. Batav. VI. 21. p. 375.

(1) Ulpianum *Libro* XXXIV. *ad Edictum* explicuisse *judicium de dote repetenda*, docet Conrad. *Parerg.* p. 493. & p. 504.

(2) Ulpianum hic quoque *dotis dationem* inter *contractus* numerare, notat Jac. Gothofred. *ad L.* 23. *de reg. Jur.* p. 814.

L. LXVI.

Si quis &c.] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 30. (1).

(1) *Intentionem* Ulpianum vocare formulam, orationem, narrationem caussae, Graecos vertere ἀφήγησιν, notat Cujac. *in Recit. ad L.* 61. *h. t.* ubi etiam ex Harmenopulo casum proponit, quem refert quoque Pothier. *in not. ad h. l.* — De seq. *L.* 67. egit Hoffman. *Meletem ad Pand. Diss.* VI. §. 3. Ait Lex: *exinde liber erit, ex quo redemtus est*, ita tamen, ut non ipso Jure liber fiat, sed a domino manumitti debeat, quamvis retrotrahatur manumissio ad tempus, quo fieri debuit. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. qui sine manumiss.* &c. *num.* 6. add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* *Quia Constitutio* &c. Intelligitur Constitutio Divorum Fratrum, cujus mentio fit in *L.* 4. *de manumiss.* Vid. Hoffman. *d. loc.* Vulg. post *Constitutio* addit *Divorum Fratrum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quapropter hanc Legem pertinere *ad tit. de manumiss.* dicit Zinzerling. *de Vero sensu L.* 5. *D. de naut. foenor.* in Thes. Otton. *Tom.* V. p. 1447. Vid. & Ant. Fab.

 d.

d. loc. Proinde compellendus erit &c. Subandi *emtor*, vel *dominus*. Fab. *d. loc.* Graeci hanc vocem exprimunt: *καὶ ἀναγκάζεται ὁ ἀγοραστὴς κ. τ. λ.* eosque vertere quidem *τὰ suis nummis*, sed Scholion addere *ἀπὸ τοῦ ἰδίου πεκουλίου*, notat Leunclav. *Notat.* I. 22. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508. quamvis in edit. Fabrot. illud non invenerim. *Sed & si latitet* &c. Hal. *et si* &c. Vulg. *sed si* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Certe alterutra vox sufficit, & *τὸ et* forte mala geminatio est. Simile exemplum supra habuimus in *L.* 4. §. 4. *si quis caut. in judic.* &c. *Exempla SCtorum* &c. Hoffman. *d. loc.* legit: *exemplo SCtorum — induci oportet*, nempe nummis suis redemtum, a Praetore in libertatem. Levissima sane emendatio, sed, an necessaria sit, dubito. Videtur enim *exempla SCtorum — debere induci oportet* ab Ulpiano scriptum pro: jus iis SCtis introductum etiam ad hunc casum extendi oportet, seu huic etiam casui applicari: quo sensu idem JCtus in *L.* 3. §. 2. *de adsign. libert.* dixit *jus SCti inducere.* Nec forte *τὸ debere* delendum, quamvis apud Hal. absit: saepe enim Nostros Pleonastice loqui, supra notavi ad *L.* 1. §. 1. *de Just. & Jur. not.* 3. Pro *fideicommissam libertatem* Vulg. habet *fideicommissariam*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Veteres ita frequenter loquuntur. Vid. Brisson. *de V. S.* voc. *fideicommittere, num.* 5. Ceterum SCta, ad quae hic respicitur, in primis sunt SCtum *Rubrianum*, *Dasumianum*, *Juncianum*: de quibus videantur Historiae Juris Scriptores, in primis Bachius.

L. LXVIII.

Ad peremtorium edictum hoc ordine venitur, ut primo quis petat post absentiam adversarii edictum primum: &c.] Ex more veteri, per trinundinum denunciandi, id deducit Gravin. *Orig. Jur. Civ.* II. *p.* 391. [ed. Lips. 1708.] — Ad criminalia Judicia trahit haec Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 8. Male.

Po-

Petat] Hinc nota, contumaciam accusari debere. Carpzov. *Def. Forens. Part.* I. *Const.* 9. *Def.* 15.

L. LXIX.

Per intervallum non minus decem dierum;] Idem jam ab antiquissimis temporibus servarunt in repetendis rebus Feciales, apud Dion. Halicarnass. *Antiq.* II. *p.* 132.

L. LXX.

Et tertium: &c.] Facit huc *L.* 23. *Cod. Theod. de Decurion.* [*Tom.* IV. *p.* 385.] Noodt. *Obs.* I. 8. legit: *quibus propositis & tertium tunc* &c. Obstat. *L.* 72. *h. t.* (1).

(1) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent. V.* 5. §. 7. *not.* 32. Noodtium refutarunt quoque Finestr. & de Monzalvo, *in Libb. Hermog. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 333. *seq.* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 31. *seq.* & novissime Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de in jus voc.* §. 235. *not.* 83. *p.* 326. *seq.* De verbis: *quod inde hoc nomen sumsit*, &c. vid. Scip. Gentil. *Origin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1386. & Menag. *in Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. voc. *Peremtorium Edictum.*

L. LXXI.

In peremtorio autem comminatur is, qui edictum dedit, &c.] *L.* 75. *h. t.* Ergo hoc casu ipsum Magistratum (1) pronunciare, notat Jan. a Costa, ad §. 11. *Inst. de action.*

(1) Non *magistratum*, sed *Judicem*, dicit Finestr. & de Monzalvo, *in Libb. Hermog. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 328. Conf. notata inferius ad *L.* 75. *h. t.*

L. LXXII.

Nonnunquam statim,] Vid. Carpzov. *Def. Forens.*

 Part.

Part. I. *Const.* 2. *Def.* 22. Pone, reum aperte profiteri, se nolle venire. *Conf. JCtor. Batav.* IV. 290. (1).

(1) Add. Finestres & de Monzalvo, *loc. modo cit. p.* 333. Pro *moderare* in fine Legis Hal. habet *moderari*, imo Flor. deleta *e* finali repositam esse *i*, sed recenter, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. de hoc verbo Scip. Gentil. *Parerg.* I. 18. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1291. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 328.

L. LXXIII.

Et sive responderit, sive non responderit, agetur caussa, & pronunciabitur:] *L.* 75. *h. t.*

Non utique secundum praesentem,] Cicer. *in Verr.* II. 17. Sueton. *in Claud. Cap.* 15. Distincte, Mey. *Decis. Part.* V. *Dec.* 180.

Sed interdum vel absens, si bonam caussam habuit, vincet.] *L.* 27. §. 2. *de liber. causs.* Exemplum in *L. ult. ad SCtum Trebell.* (1).

(1) Add. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XX. §. 8. *& seq. p.* 217.

§. 1.

Tum circumducendum (1) *erit edictum* &c.] *Const. de emend. Cod.* . 3. *Vel si quae similes vel contrariae invenirentur,* circumducere &c. *Circumducere delictum* pro *remittere* in veteri versione II. *Samuel.* 12. *vs.* 13. citata a Tertullian. *Adv. Marcion.* IV. 10.

(1) Id est, tum tollitur edictum illud, & ad nihilum ponitur. Pothier. *in not. ad h. l. Circumducto edicto* etiam dicitur *seq.* §. 2. ubi vid. Brencm. in Corp. Jur. Geb. & Spang. De verbis *die cognitionis* vid. Voorda, *Diss. de Vadimon. Cap.* 2. §. 4. *in not.* in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 18.

§. 2.

Et magis est, ut instantia tantum perierit, &c.] Vid. Fab. *Cod.* III. 1. *Def.* 30.

§. 3.

Si modo per contumaciam defuit:] Paul. *in Sent.* V. 5. §. 7.

L. LXXIV.

De qua re cognoverit Judex, (1) *pronunciare quoque cogendus erit*,] Vid. Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 30. [Oper. *Tom.* III. *p.* 223. *seqq.*] (2).

(1) Vulg. praefigit *de ea.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Et Cujac. *ad Lib.* V. *Julian. Digestor. in expl. h. l.*

§. 1.

Judex &c.] Qui scil. simul est Magistratus. Facit huc *L.* 28. *ad Municip.* Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 11. *num.* 3. Aliter Noodt. *de Jurisd. & Imper.* I. 13. (1).

(1) Qui *Judicem datum* intelligit: & sic quoque Cujac. *loc. modo cit.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* — De seq. §. 2. vid. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. LXXV.

Si Praetor jusserit &c.] *L.* 1. §. 3. *quae sent. sine app. rescind.* Vid. Cujac. *h.* (1) & Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 31. [*Oper. Tom.* III. *p.* 232.]

Et ordine edictorum peracto, pronunciaverit *absentem debere*,] *L.* 71. *L.* 73. *pr. h t.* An non hoc erat Judicis? Multa in hac Lege carpit Ant. Faber (2), cui se opponit Huber. *Eun. Rom. p.* 236. *seqq.* Sed in quibus-

dam

dam non placet. Jan. a Costa, *ad* §. 11. *Inst. de action.* putat hoc casu id speciale, ex *L.* 71. *h. t.* (3).

Puto vel actionem judicati eo casu in eum denegandam (4),] Haec erat tunc in duplum. Paul. *in Sent.* I. 19. (5).

(1) Qui paucis de hac Lege egit *in Recitat. ad h. t.* Sed pluribus *ad Lib.* XXXV. *Julian. Digestor.* ubi Legem hanc intelligit de debito ex caussa fideicommissi, de qua ipse Praetor Fideicommissarius cognoscebat, neque Judicem dabat. Vid. & Idem, *Obs.* XXV. 38. Sed meram hanc conjecturam esse, dicit Finestres & de Monzalvo, *in Libb. Hermog. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 327. *seq.* Pro Cujacio tamen faciunt, quae habet Noodt. *de Jurisd. & Imp.* I. 8.

(2) *In Ration. ad h. l.* Quibusdam hanc Legem valde suspectam esse, notat quoque Herald. *de Rer. Judicat. auctorit.* II. 14. §. 1. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1144.

(3) Ad quam vid. notata. De scriptura vocis *querellam*, quae in Lege sequitur, dixi supra ad *L.* 31. *de minor. not.* 3. add. notata inferius ad *L.* 1. *de inoffic. testam. not.* 3.

(4) Flor. *denegandum*, & sic etiam in aliis editt. Gothofredi, neque hoc mutandum, recte monet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 12. §. 1. *de Senator. not.* 1.

(5) Ubi vid. Schulting. *not.* 2. Dissertationem *de Natura actionis rei judicatae ad L.* 75. *D. de Judic.* conscripsit Jac. Jo. Schluiter. Lugd. Batav. 1789.

L. LXXVI. (1)

Quorum in locum alii sublecti *essent:*] *Subjecti*, Flor. (2). Hoc autem modo, quo hic legitur, legendum, putat Fabric. *ad Ciceron. Fragm. Orat. in Tog. Candid.* in fin.

Et populum eundem hoc tempore putari &c.] Vid. Grotium, *de Jure Belli ac Pacis*, II. 9. §. 3. (3).

Item-

Itemque navem, si adeo saepe refecta esset, &c.] D. Goth. *in not.* „ De navigio, quo Theseus salvus rediit, hoc Plutarch. *in Theseo*, refert, &c. add. Eund. *de Sera Num. Vind.*" Et, *an seni gerend. sit respubl. p.* 786. & Meursium, *in Theseo*, *Cap.* 16. *in fin.* (4).

Partibus commutatis aliam rem fieri,] Id sane interitum rei facit, scil. si omnes commutatae sint. *Resolvi nobis perire est*, Senec. *Epist.* 71. add. Eund. *Epist.* 36. (5).

Propterea (6) *quod*, *ut* Philosophi *dicerent*, &c.] D. Gothofred. *in not.* „ Epicurei &c." Stoici, Cujac. *Obs.* XXVI. *ult.* quorum JCti passim Sectatores. Merill. *Obs.* I. 8. & *seqq.* & de hac Lege, *ibid. Cap.* 27. add. Senec. *Epist.* 58. *Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit juvenis: nemo est mane, qui fuit pridie.* &c. & *Epist.* 104. *Ne tu quidem idem eris: omnis dies, omnis hora te mutat.* add. Epicharmi Versus apud Diog. Laërt. *in Platon. p.* 173.

Καὶ τὺ δὴ κἠγὼ χθὲς ἄλλοι, καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες,
Καὖθις ἄλλοι, κ᾽ οὔκω χ᾽ αὐτοὶ καττὸν λόγον.

Quin tu quoque & ego heri alii eramus, & nunc alii existimus,
Rursùsque alii erimus; & nunquam iidem manemus ex ea ratione.

& Athenag. *de Resurrect. Mortuor. p.* 46. *seq.* Gregor. Nazianzen. *Carm.* 13. & *Orat.* XXXVII. *p.* 601. Ἡμεῖς τε γὰρ οὐ σύνθετοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντίθετοι, καὶ ἀλλήλοις, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ καθαρῶς μένοντες, μὴ ὅτι τὸν ἅπαντα βίον, ἀλλὰ καὶ σώμασι, καὶ ψυχαῖς ἀεὶ ῥέοντές τε καὶ μεταπίπτοντες. *Nam nos non solum compositi sumus; sed etiam, cum inter nos mutuo, tum nobis etiam ipsis oppositi, ut qui ne unius quidem diei spa-*

spatio, nedum toto vitae curriculo, plane iidem maneamus, verum, & corporibus, & animis, perpetuo diffluamus, & immutemur (7).

(1) Exposuit hanc Legem Otto, *in Alfen. Varo, Cap. 7.* in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1667. *seqq. Proponebatur* idem hoc loco esse, quod Ulpianus in *L.* 35. *de hered. inst.* dixit *ex facto proponebatur*, & Paulus in *L.* 43. *de vulg. & pupill. subst. ex facto quaeritur*, notavit Otto, *ibid. Cap.* 8. *p.* 1677.

(2) Confunduntur hae voces quoque apud Livium, XXIII. 23. §. 4. ubi vid. Interpp.

(3) Add. Otton. *ad Pufendorf. de Offic. hom. & civ.* II. 6. §. 5.

(4) Additur in Lege: *nihilominus eandem navem esse existimari.* Modo carina eadem permaneat Ita Freher. *Parerg.* II. 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 933. *seq.*

(5) Add. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 523. *seq.* Egit de hac Legis particula quoque Huber. *Eun. Rom. p.* 239. *seq.*

(6) In Pand. Flor. *praeterea quod* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Saepe etiam alibi hae voces commutantur. Vid. Drakenborch. *ad Liv. Epitom. Lib.* VIII. *p.* 650. Pro *constiteremus*, ut Flor. legitur, Hal. habet *consisteremus*, quod mavult Menag. *ad Diog. Laërt. Lib.* X. *Segm.* 66. Sed Florentinam retinent Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306. & Brisson. *Parerg.* §. 17. in ej. *Operib. Minor. p.* 394. Vid. & Otto, *in Alfen. Varo, Cap.* 7. *in fin. Constitit* & *consistit* in Pand. Flor. saepe permutari, supra jam notavi ad *L.* 1. §. 2. *de Just. & Jur.* & ad *L.* 4. §. 4. *de his qui not. infam.*

(7) Alia etiam loca huc pertinentia habet D. Wyttenbach. *in Animadv. in Plutarch. de Sera Numin. Vind. p.* 75. *seqq.* Ceterum, quos Philosophos Alfenus hic intellexerit, disputant VV. DD. *Epicureos*, praeter D. Gothofredum, putant Scip. Gentil. *in Apolog. Apulej. num.* 553. *Oper. Tom.* VI. *p.* 194. & Jo. Schilter. *Manud. ad Philos. Moral. Cap.* I. §. 7. ci-

citati a Walchio, *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 148. qui nec ipse dissentit. Sed *Heraclitios* & *Stoicos* credunt, praeter Cujac. & Merill. *locc. citt.*, etiam Otto, *in Alfen. Varo*, *loc. modo cit.* Henr. van Hoogwerf. *Diss. de Variis Jur. Rom. partib. Stoam. redolent. Cap.* 3. §. 11. in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 92. *seq.* Eckhard. *Herm. Jur. loc. modo laud.* M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 4. §. 2. in Novo Thes. Diss. Jur. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 26. qui etiam alios laudarunt. add. Meister. *Diss. de Philos. JCtor. Stoic. in doctrina de Corporib.* §. 6. in *Opusc. p.* 522. *seqq.* P. N. Arntzen. *Diss. de Masur. Sabin. Cap.* 4. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Juridic. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 34. & Stockman. *in not. ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 4. §. 47. citat Buchaldi, JCti Parisini, *Memoire, dans le quel on examine, d'après la Loi* LXXVI. *au Digeste de Judiciis, si le Jurisconsulte Alfenus Varus etoit Stoicien, ou s'il etoit Epicureén*, in *Comment. Acad. Inscript. Tom.* XLII *p.* 65. Denique Alfenum neque Epicureos, neque Heraclitios & Stoicos intellexisse, sed omnes Sophismatum Studiosos, opinantur Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* VI. §. 4. & Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 2. *p.* 9.

L. LXXVII.

In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem Judicem *habere potest.*] Pedaneum. Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 10. Non tamen cogitur hoc pati adversarius. add. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 6. *num.* 59. & Averan. *Interpr. Jur.* I. 5. (1).

(1) Dixi hac de re supra ad *L.* 10. *de Jurisdict.* ubi quoque nonnullos, qui de his Legibus egerunt, citavi, quibus etiam alii addi possint: veluti Coras. *Miscellan.* IV. 9. qui *in privatis negotiis* interpretatur *in negotiis domesticis, quae ita propria sunt patris & filii, ut ad alium pertinere nequaquam possint.* Averanium sequitur Finestres & de Monzalvo, *in Libb. Her-*

Hermog. Jur. Epitom. Tom. II. *p.* 1051. Vid. & Calder. *Variar. Lection.* II. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 618. Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de Judic.* §. 8. & *in Eun. Rom. p.* 240. Voet. *ad tit. Pand. de Jurisdict. num.* 50. *seq.* Gluck. *Ausf. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 507. *p.* 218. *seq.*

L. LXXIX.

Viatica,] LL. Wisigothor. II. 2. 6. Etsi is fixum non habeat alibi domicilium. Fab. *Cod.* VII. 18. *Def.* 86. vel id in locum Judicii transtulerit. *ibid. Def.* 89. (1).

Litisque sumtus adversario suo reddere oportebit.] Non fuit tamen hoc olim in formula. Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 89. *Error.* 9.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 37. *not.* 3. item Vinn. & Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de poen. temer. litigant.* Vid. & A. D. Weber, *over Proceskosten*, §. 3. *p.* 18.

§. 1.

Judicibus de Jure dubitantibus &c.] Qui tamen non temere ad dantem recurrere, vel remittere partes debent. Mev. *Decis. Part.* VI. *Dec.* 254. Sed quidem aliquo extra *commissionem* oblato. *ibid. Dec.* 255. (1).

De Jure] Quod finitum est.

De facto consulentibus non debent Praesides &c.] *L.* 6. *pr. de L. Fab. de plagiar. De facto:* quod ad Judicem spectat. Duaren. *Disput. Anniverf.* I. 41.

Haec enim res] Judicium de facto.

Nonnunquam infamat,] Id est, *suspicionem praebet.* Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 264.] ut *infamia* pro *sinistra opinione* in *L.* 15. §. 22. *de injur.* Notat etiam Plutarchus Magistratus

tus Municipales, qui parva juxta cum magnis ad Praesidem referrent, *in Praecept. Politic. p.* 814. *fin.*

(1) Vid. de hoc §. Fornerium, *loc. cit.* *Religio Judicis* etiam alibi dicitur, loca citavit Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 357. add. Brisson. *de V. S.* in voc. Interpp. *ad Phaedr.* III. 13. 8. Schulting. *ad Quinctil. Declam.* I. 5. *p.* 11. Nic. Calkoen. *Diss. de Religione Judicis.* Traj. ad Rhen. — De voce *addictus* in seq. *L.* 80. vid. notata superius ad *L.* 36. *h. t.* add. Schulting. *Diss. de Recusat. Judic. Cap.* 6. §. 2. & Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 32.

L. LXXXI.

Potestate] Sic *L.* 1. §. 1. *quod quisq. jur. in alt. stat.* &c.

Vel ex aliqua Lege confirmatus est,] *L.* 6. *de Jurisdict.* (1).

(1) Add. Ant. Quintanaduegn. *de Jurisd. & Imp.* II. 7. §. 48. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 307. Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* hic manum Triboniani suspicatur, propterea que ex ingenio suo addit vocem *speciali*: ridicule.

L. LXXXII.

Viatorem (1)] Vid. Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 2.

(1) Graeci vertunt ἐκβιβαστὴν, quasi *exsecutorem*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Exsecutorem litium* interpretatur quoque Pothier. *in not. ad h. l.*

TITULUS II.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Testamentum *improbum*, *inofficiosum*, *inhumanum*, Cicer. *in Verr.* I. 42. *Ingratum*, Sueton. *in Caligul. Cap.* 38. *Impium*, Quinctil. *Declam.* 264. *Saevus Codex*, Juven. *Sat.* X. *vs.* 236. Testamenta *rescissa*, & *confirmata*, apud Quinctil. *Inst. Orat.* V, 2. Apud *Consules* quoque hoc agitatum, docet Quinctil. *Inst. Orat.* VII. 4. *p.* 539. [ed. Burman. *p.* 626.] qui tamen *Centumvirorum* meminit, *ibid. p.* 542. [ed. Burman. *p.* 628.] Facit huc omnino locus Plinii, *Epistol. Lib.* V. *Epist.* 1. (1). Leges hujus Tituli exposuit Cujac. *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior.* (2).

(1) De hoc Plinii loco pluribus egit Zepernick. *ad Siccam, de Judic. Centumv.* II. 4. *p.* 139. *seqq.*

(2) *Adversaria de inofficioso testamento* scripsit Jos. Fernand. de Retes, in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 522. *seqq.* & *Praelect. ad titulos de inofficioso testamento, & de vulg. & pupill. substitutione* edidit Jos. Finestres & de Monzalvo. Cervar. 1752. add. Schulting. *Exercitat. ad Valer. Maxim. Lib.* VII. *Cap.* 7. *de testamentis rescissis*, adject. ej. *Thesib. Controv.* Plures alii, qui de hoc argumento egerunt, laudantur in *Supplementis Bibliothecae Lipenianae*.

L. I.

Ulpianus *Lib.* IV. *ad Edictum.*] Leg. *Lib.* XIV. (1).

Cognati enim proprii, *qui sunt* &c.] *Proprie*, Bynkersh. *Obs.* V. 5. (2) quod placet (3).

(1) Videtur esse vitium Typographicum, aliae certe edit. Gothofr. *Lib.* XIV. habent.

(2) Ubi etiam refutavit Ant. Fab., qui multa in hac Lege reprehendit. Quod miror praetermisisse Huber. *Eun. Rom.* p. 240. *seq.* quamvis ibi nonnulla notaverit de hujus Legis justitia.

(3) Lectionem tamen Florentinam *proprii* praeferendam esse, censet Puttman. *Diss. de Querel. inoffic. testam. fratrib. uterin. haud conced.* Cap. 1. §. 3. in ej. *Opusc. Syllog.* p. 7. quem etiam vid. *ibid.* de seqq. Legis verbis: *melius faverent* &c. Pari modo loquitur Ulpianus in *L.* 9. *pr. de Offic. Proconf. & Legat.* ubi vid. notata. Pro *cum obtinere spem non haberent* scribendum Latine fuisse *eum obtinendi spem non habeant*, dicit Fab. *d. loc.* Sed vide, praeter Bynkersh. *d. loc.*, etiam Auctor. *Obs. Jur. Civ.* Cap. 1. p. 10. add. notata superius ad *L.* 13. *de Legib. not.* 1. & Gluck. *Opusc. Jurid. Fasc.* III. p. 19. *seq.* Quare verbum *querelae* hac in re Veteribus magis placuerit, quam *actionis*, vel *accusationis*, disquirit Siccam. *de Judic. Centumv.* II. 6. add. Schulting. *ad Val. Maxim. loc. supra cit.* p. 570. Finestr. & de Monzalv. *loc. modo laud.* Cap. 1. §. 6. *seq.* Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 3. De scriptura hujus vocis in Pand. Flor. dixi supra ad *L.* 31. *de minor. not.* 3. *Querella* est quoque in Inscript. apud Reines. *Class.* XIV. 112. Sed *querela*, *ibid. Inscript.* 41. & 196.

L. II.

Hoc colore inofficioso (1) *testamento agitur, quasi non sanae mentis fuerunt* (2) &c.] Vid. Grotium, *in Flor. Sparsion.* p. 136. Facit huc Quinctil. *Declam.* 259. & Calp. Flaccus, *Declam.* 30. Senec. *de Clement.* I. 14. *Numquid aliquis sanus filium ad primam offensam exheredat?* &c. & Lucian. *in Abdicato*, p. 710. (3). *Hoc colore.* Ne offenderetur regulae in *L.* 120. *de V. S.* Hic autem color non habet vim tantam, quantam ipsa veritas.

Vid. Donell. *Comm. Jur. Civ.* XIX. 4. ibiq. Hilleger. *Litt. q. & r.*

Et hoc dicitur, non quasi vere furiosus &c.] Ergo nihil hic vere mentitur actor. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 242. *seq.* (4).

(1) *De inofficioso* &c. omnia MSS. habent, quod & mavult Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Hal. *fuerint.* Sed post *quasi* etiam alibi Indicativus sequitur. Vid. notata superius ad *L.* 37. *de dol. mal.*

(3) Add. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XX. §. 3. An autem hic color etiam Jure novissimo locum habeat, late disputat Gluck. *Ausf. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 557. *p.* 416. *seqq.* multis etiam aliis Interpretibus, qui hac de re egerunt, laudatis.

(4) Pro *recte quidem* Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* mavult *rite quidem:* sine caussa. *Recte* saepe dicitur pro *legitime*, seu *sec. juris ordinem.* Vid. Brisson. *de V. S.* in voc. *num.* 3. — In verbis seq. *L.* 3. *quare exheredari vel praeteriri non debuerit* negationem deësse, notat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Sed ubi desit, non addit. Flor. certe adest, nec aliter legunt Hal. Charond. aliique.

L. IV.

GAJUS *Libro Singulari ad Legem Gliciam.*] Variant editt. Vid. Bynkersh. *Obs.* II. 12. (1). Non video tamen, cur a Florentina (2) recedatur. Cujacium (3) a Gothofredo citatum, refutant alii. Vid. Hilleger. *ad Donell.* XIX. 4. *Lit. p.* (4).

Non est enim consentiendum parentibus, qui (5) *injuriam* (6) &c.] LL. Wisigothor. IV. 5. 1.

Quod plerumque *faciunt*, &c.] Non Semper. Vid. Someren. *de Jure Novercar. Cap.* 9. *Sect.* 2. *num.* 3. *p.* 173.

Ma-

Maligne (7) *circa sanguinem suum inferentes judicium,*] Cicero, *pro Rosc. Amerin. Cap.* 19. hoc vocat *naturam ipsam vincere, patrem esse sese oblivisci,* &c.

Novercalibus delinimentis] Id est, *incantationibus.* Scip. Gentil. *Parerg.* I. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1303.] Macrob. *Saturnal.* IV. 19. Liv. XXX. 13. & XXXIX. 11. (8) & XL. 11. φίλτρα, apud Lamprid. *in Commod. Cap.* 7. (9). Sic *delenire*, Senec. *Epist.* 90. circa fin. Non Marcell. *p.* 278. [ed. Paris. 1614.] Facit huc Apollon. Rhod. *Argon.* I. *vs.* 813. *seqq.* Plin. *Epist. Lib.* VI. *Ep.* 33. Lucian. *in Abdicato*, *p.* 714. Quinctil. *Declam.* II. *Cap.* 3. (10). Mainard. *Decis. Tholos.* V, 6. *num.* 11. *seqq.*

(1) Item Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Zepernick. *in Syllog. Opusc. de Judic. Centumv.* adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 279.

(2) *Ad Legem Falcidiam* legendum, putat quoque Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 96. *in not.*

(3) *Obs.* II. 21. & XIV, 14. & *Recitat ad L.* 1. & *seqq. h. t.* & alibi, qui putabat, Lege Glicia querelam inofficiosi introductam esse, & quem etiam alii secuti sunt, veluti Siccam. *de Judic. Centumv.* II. 6. Gravin. *de LL. & SCtis*, *Cap.* 80. & novissime Car. Lovard. *de Vera origin. querel. inoffic. testam. ex L. Glicia*, Dresdae. 1762.

(4) Cujacium plures refutarunt; in primis autem videndus est Bynkersh. *loc. cit.* Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. Duker. *ad Liv. Epitom. Lib.* XIX. Westenberg. *de Port. Legitim. Diss.* I. *Cap.* 2. §. 5. *seqq.* Heinecc. *Antiq. Rom. ad tit. Inst. quib. mod. testam. infirm.* §. 5. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 6. *p.* 149. *seq.* qui ad Lovardi quoque argumenta respondit. Pluribus de origine querelae inofficiosi testamenti disputarunt quoque Finestres & de Monzalvo, *in Prael. ad hunc tit. supra cit. Cap.* 2. & Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 4.

(5) Vulgo *qui* abest, & loco *inducunt* scribitur *inducere.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. In

aliis vero editt. τὸ *qui* uncis includitur, unde Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* VI. §. 5. ope geminationis legit: *parentibus, si injuriam* &c. Sed quid opus, a Florentina lectione recedere?

(6) De qua vid. notata inferius ad *L. 8. pr. h. t.*

(7) JCtum forte scripsisse *malignum*, conjicit Arntzen. *Spec. Observ. Cap. 5. p. 28.* post Sedulii Carmen Paschale.

(8) Ubi vid. Duker. & Drakenborch.

(9) Ibi quidem nihil, quod huc pertineat, reperire potui. Sed habet aliquid Casaubon. *ad Spartian. in Did. Julian. Cap. 7.*

(10) Add. Idem, *Declam.* I. *Cap.* 13. — Τὸ *nam* in seq. *L.* 5. non referendum esse ad proxime praeced. *L.* 4. sed ad verbum *praetereunt*, quo finitur *L.* 3., notavit Cujac. *in Recit. ad L. 1. & seqq. h. t.* Vid. & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* *Apud Judicem* hoc loco, & etiam alibi, significare *apud Centumviros*, monuit quoque Zepernick. *Disq. de Causs. Centumv.* adject. Siccam. *de Judic. Centumv.* p. 263.

L. VI.

Postumus inofficiosum testamentum potest dicere eorum, quibus suus heres (1), *vel legitimus* (2) *potuisset fieri, si in utero fuerit* (3) *mortis eorum tempore.*] *L.* 43. §. 3. *de bon. libertor. L.* 6. *de suis & legitim. hered.* Cujac. *in Recit. ad h. l.*

Sed & cognatorum:] Cujac. *d. loc.* casum ponit in nepote, e filio, in adoptionem dato, post eam concepto: is enim venit tantum inter *cognatos*, *L.* 6. §. 4. *de bon. poss. contra tabb.* §. 13. *Inst. de heredit. quae ab int. def.* (4).

Quia & horum ab intestato potuit bonorum possessionem accipere.] *L.* 8. §. 16. *h. t.*

Hoc plane ei imputare *potest,*] Al. *imputari* (5).

Cur eum (6) *heredem non scripserit:*] Quod olim *Ju-*

re

re Civili non procedebat. §. 26. *Inst. de Legat.* Sed *Praetorio* potest.

Item natus, sec. tabulas haberet.] §. 1. *Inst. de bon. possess.*

Simili modo & eum, qui post testamentum matris factum, exsecto ventre extractus est, posse queri dico.] Est enim *postumus. L.* 1. §. 9. *unde cognat.* (7).

(1) Veluti filius postumus ex justa uxore.

(2) Exemplum est in postumo fratre consanguineo a consanguineo fratre temere praeterito, aut exheredato. Similiter filius matri, cui alioquin est cognatus, ex SCto Orphitiano succedit, tanquam legitimus. Vid. Cujac. *loc. cit.* & Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* vs. *Quid de postumis?* &c. Ceterum ex eo, quod hoc loco disjunctive dicatur *suus heres vel legitimus*, non colligendum esse, suum heredem non esse *legitimum*; notat D'Arnaud. *Variar. Conj.* I. 6. *p.* 54.

(3) Hal. & Vulg. *non fuisset.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Male. vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1554. & Jauch. *de Negation. Pand. p.* 67. Florentinam quoque tuentur Cujac. *loc. cit.* Leonin. *Emendat.* VII. 12. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Altamiran. *ad Libb. Scaev. Quaest. Tract.* VI. §. 20. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 456.

(4) Sic etiam Noodt. *d. loc.* Alii aliter. Sic Leonin. *loc. modo cit.* hoc Ulpiani responsum refert ad collaterales cognatos, puta fratrem & sororem. Finestr. & de Monzalvo, *Prael. ad h. tit. Cap.* 5. *p.* 72. *cognatorum* nomine Ulpianum putat etiam fratres *uterinos* intelligere: & sic quoque Ant. Fab. *in Ration. h. l.* quem laudat & sequitur van de Water. *Obs. Jur. Rom.* I. 12. *p.* 70. & Marckart. *Interpr. Recept. Lect. Jur. Civ.* I. 14. *p.* 95. fratribus hic querelam permitti observat nulla addita restrictione turpis personae. Denique Pothier. *in not. ad h. l.* ad vocem *cognatorum* notat: puta matris, & adscendentium per matrem.

(5) Hal. & Vulg. *eis imputari*, & mox *scripserint.* Vid.

Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Rem ipſam illuſtrant Noodt. & Pothier. *dd. locc.*

(6) Jenſius, *in Strictur. ad Pand. p.* 33. putat *eum* vitioſe ſcriptum eſſe pro *ſe*: quoniam verba praecedentia, ut Flor. leguntur, ſic accipit: *hoc plane ei*, ſcil. defuncto, *imputare poteſt*, nempe poſtumus, *cur* &c. Sed voces *eum* & *ſe* etiam apud alios Scriptores Latinos ſaepe confunduntur. Vid. notata ſuperius ad *L.* 51. *de pact. L.* 27. *de neg. geſt. L.* 41. *ex quib. cauſſ. major.* Neque ſi *imputari* legas τὸ *eum* pro *ſe* accipiendum.

(7) Add. Altamiran. *loc. modo cit.* §. 23. & Idſing. *Varior. Cap.* 14. *p.* 120.

§. 1.

Si quis ex his perſonis &c.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Abirem jam ab hac parte* &c. (1).

Et caſu obtinuerit,] Contra *totum* teſtamentum, non *partem*. *L.* 25. §. 1. *h. t.*

(1) Ubi diſputat contra Ant. Fabrum, qui ex hoc loco colligit, aliam eſſe querelam, aliam petitionem hereditatis. De qua quaeſtione vid. & Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 4. & Gluck. *Ausf. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 552. *p.* 360. *ſeqq.* qui etiam alios laudarunt. add. Fineſtr. & de Monzalvo, *Praelect. ad h. tit. Cap.* 1. §. 8. *ſeqq.* Ceterum verba *nemo enim eum repellit* varie accipi poſſunt. Vid. Gluck. *Ausfuhrl. Erlaut. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 543. *not.* 8. Noodtius ait: id eſt, cum nemo proximior, ac ne ſcriptus quidem heres eum repellit. Sic quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Diſſertationem F. A. Hommelii, *de Victoria querelae inofficioſi tertio proficua*, Lipſ. 1719. laudat Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 6. *p.* 153.

§. 2.

Si post agnitam bonorum possessionem *decesserit*,] Quae est sine re. *L.* 2. *Cod. h. t. L.* 8. *pr. eod.* (1).

Jam tamen coepta (2) *controversia*,] *L.* 25. §. 7. *seq. tit.*

Vel praeparata] *L. seq.*

(1) Vid. de hac *bonorum possessione litis ordinandae gratia*, Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 2. §. 24. *seqq.* Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 4. *p.* 138. Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 4. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 551. *not.* 10. *p.* 291. & §. 559. *not.* 1. *p.* 463. *seq.* & notata inferius ad *L.* 8. *pr. h. t.* De verbis, quae in Lege praecedunt: *quod & quibusdam Rescriptis significatur*, vid. Perrenon. *Animadv.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 612. ubi observat, JCtorum sententias saepe dici Impp. Rescriptis *juvari*, ac *confirmari*.

(2) Pothier. *in not. ad h. l.* ait: Puta, quia erat suus heres, cui non erat necesse bonorum possessionem agnoscere, ut hanc litem institueret.

L. VII.

Paulus *Libro Singulari de* Septemviralibus *Judiciis.*] Sic *L.* 28. *L.* 31. *h. t.* & ita legi vult Balduin. *in Justinian. p.* 195. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1098.] Sed non probat. Raguel. *ad L. ult. Cod. de liber. praeterit.* putat, septem fuisse his rebus delegatos. Editio tamen a. 1549. habet *Centumviralibus* (1) omnibus his locis. add. Gronov. *Obs.* IV. 11.

Praeparasse] *L. praeced.*

Ut neque bonorum possessio ei necessaria, & aditio hereditatis supervacua sit,] Est enim ipso Jure heres (2): in quo labitur Bachov. *de Action. Disp.* II. *Thes.* 17.

Vel usque ad denunciationem (3), *vel* libelli *dationem processerit* (4),] *Inscriptionis:* ita enim olim actum in accusatione inofficiosi, *quae mortui cineres quietos esse non patitur*, ut ait Val. Maxim. VII. 8. 4. idque liquet ex Plinio, *Epistol. Lib.* V. *Ep.* 1. loco egregio: quod notat Jan. a Costa, *ad Tit.* X. *de Libell. oblat. p.* 377. (5).

Et recte videtur litem praeparasse, si ea fecerit &c.] *L.* 5. *Cod. h. t.* Quae hodie sine solemnitate fiunt. §. *ult. Inst. de bonor. poss.*

(1) Sic etiam Hal. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & ita legendum, putat quoque Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 5. *not.* 1. & *in Exercit. ad Val. Maxim. supra cit. p.* 541. *seq.* item Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 2. §. 21. & Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 32. *in not.* Sed Florentinam Lectionem *Septemviralibus*, cum qua etiam faciunt Cont. & Charond. consentientibus MSS. vid. Brencm. *d. l.* pluribus tuetur Geor. Henr. Ayrer. *Disq. de Judicio Romanorum Septemvirali*, in Syllog. Opuscul. a Zepernick. adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 184. *seqq.* quem sequitur Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 25. *p.* 117. & Stockman. *ad Bach. Hist. Jur. d. loc.*

(2) Conf. Averan. *Interpr. Jur.* I. 8. §. 4. Schulting. *Exercit. ad Val. Maxim. supra cit. p.* 562. *seq.* Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 2. §. 24. *p.* 34.

(3) De qua vid. B. Voorda, *Diss. de Vadimonio, Cap.* 5. §. 4. in Jurispr. Antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 62. *seq.* & Gluck. *Opusc. Jurid. Fascic.* II. *p.* 356. *seqq.*

(4) Ita Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Flor. *praecesserit*, & sic etiam in aliis editt. Gothofred. scriptum legitur. Saepe has voces commutarunt Librarii. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XLIV. 5. §. 6.

(5) Sed juvabit de hoc Plinii loco consulere Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 4. *p.* 139. *seqq.* Ceterum, Ant. Fabrum, qui totam fere hanc Legem

Triboniano adscribit, notavit Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 6. §. 5. *p.* 87.

L. VIII.

Ipsius enim (1) *injuria est.*] *L.* 22. *pr. h. t.* Facit huc *L.* 5. §. 5. *de his quae ut indign.* *L.* 1. §. 8. *si quid in fraud. patron.* Cujac. *Obs.* XVII. 17. (2) add. Gronov. *ad Senec. de Tranquill. anim. Cap.* 11.

Sequenti loco (3) *scribit, si filius* (4) *post agnitam litis ordinandae gratia bonorum possessionem decesserit,*] *L.* 20. *de probat.* Vid. Averan. *Interpr. Jur.* I. 8. (5).

Quae non patri (6), *sed nomine dabatur filii.*] Cui non est pater heres, nisi ex testamento in peculio Castrensi. Aliud foret, si consensisset filius. *L.* 22. *pr. h. t.* Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.*

(1) Aliam etiam rationem addit Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Ubi docet, exheredationem *injuriae* speciem esse. add. Idem, *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* V. *Papin. Quaest. in explic. h. l.* Quemadmodum contra *honori* duxerunt Veteres, morientium testamentis sibi aliquid relinqui. Vid. Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 19. ibiq. Trekell. Schulting. *Exercit. ad Val. Maxim. supra cit. p.* 543. *seq.* Burman. *ad Quinct. Declam.* 261. *p.* 489. Arntzen. *Spec. Obs. Cap.* 5. *p.* 30. Bachr. *in Trajan. p.* 91. Schroder, *Obs. Jur. Civ.* III. 11. *p.* 259. *seq.* Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 6. *p.* 148. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 551. *not.* 88. *p.* 350.

(3) Veterum JCtorum distinctas sententias proprio nomine dictas esse *locos*, sive *loca*, docet Bynkersh. *Obs.* V. 15. ubi etiam hanc Legem attulit.

(4) Hal. & Vulg. *filiusfamilias.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Florentinam lectionem rectam esse, notat Gilb. Regius, *Enantioph. Jur. Civ.* I. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1488. Bene quidem, rationem tamen, quam adfert, veram non esse, intelliges ex Cujac. *locc. modo citt.* & *Obs.* IX. 14.

14. Ceterum ex jure novissimo id, quod hoc loco traditur, non amplius nobis usui esse, docet Jac. Voorda, *Interpr.* & *Emend.* II. 14. & jam ante eum verbo notaverat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

(5) Ubi de hac bon. possessione late egit. add. notata superius ad *L.* 6. §. 2. *h. t.*

(6) Vulg. *patris*. Vid. Brencm. *d. loc.* & sic etiam habere Codicem Campensem, notat Bondam. *Animadv. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. in Novo Thes. Diss. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 234. qui putat, scriptum olim fuisse *patriSed*, id est, *patris sed.* Hoc etiam jam in mentem venerat Ant. Fabro, *d. loc.* quamvis negationem delere malit. — In seq. §. 1. *rem* significare *litem*; notat Ernest. Graafland. *Diss. ad L.* 47. *D. loc. cond. Cap.* 1. §. 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 169.

§. 2.

Si Imperator sit heres institutus, &c. (1).] Vel caussa pia. Mornac. *ad h. l.* & *L. pen.* §. 1. *de probation.* — Facit huc Spartian. *in Hadrian. Cap.* 18. (2).

(1) Idem docet Paul. *in Sent.* IV. 5. §. 3. ubi vid. Schulting.

(2) Add. locum Suetonii, *in August. Cap.* 66. citatum a Pothier. *in not ad h. l.*

§. 3.

Contra veterani patrisfamilias *testamentum* &c.] Non *filiifamilias* (1).

(1) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* II. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* De Retes, *Opusc. de Castr. Pecul.* V. 3. §. 19. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 251. Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin.

§. 4.

Et potest dici querelam (1) *inofficiosi cessare.*] Hic verba §. 7. collocat Herald. *Obs. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1323.] Male. Vid. Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 19.

(1) Flor. *querellam* scribi, supra notavi ad *L.* 1. *h. t.* & sic etiam legitur in aliis editt. Gothofred. Apud Hal. verba haec *querellam inofficiosi cessare* absunt. Vulg. tantum habet & *placet cessare*, reliquis omissis. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Florentina videtur servanda. Praeterea pro *ad hoc usque temporis* Hal. & Vulg. habent *ad hoc usque tempus.* Vid. Brencm. *d. loc.* Sed *temporis* aeque Latinum esse, vix opus monere. Vide sis Cort. *ad Ciceron. Epistol. ad Divers. Lib.* I. *Epist.* 7. §. 2.

§. 5.

Sed nec impuberis filii &c.] Add. Huber. *Eun. Rom. p.* 243. *seqq.* (1).

Ergo nec frater impuberis, &c.] Nisi sit scripta persona turpis. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Male: nam de tali casu debet intelligi JCtus (2).

(1) Ubi hanc Legem defendit contra Autumnum. add. Idem, *in Praelect. ad h. t. Pand.* §. 7. & Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 4. §. 15. *seqq.* Sententiam hujus §. exposuit Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* circa fin. Vid. & Pothier *in not. ad h.* §. — Notat autem Grangian. *Paradox. Jur. Cap.* 3. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 642. quamvis JCtus dicat, non posse matrem testamentum filii impuberis inofficiosum dicere, quia pater ei hoc fecit, inde tamen non sequi, matrem *Legitimam* petere non posse. Haec etiam aliorum sententia est. Sed vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XVI. §. 6. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 543. *p.* 572. qui etiam alios citavit. — Etiam Pa-

Papinianum hoc loco significare, substitutionem pupillarem unum testamentum esse, quamvis certo respectu pro quasi duplici haberi possit, neque hac in re dissensisse Veterum JCtorum Sectas, docet Mascov. *de Sectis Sabinian. & Proculian. Cap.* 9. §. 18. *num.* 2.

(2) An jam *Jure Pand.* querela fratribus & sororibus concessa non fuerit, nisi turpis persona iis praelata esset, disputant Interpp. Vid. quos laudat Puttman. *Diss. de Querel. inoffic. testam. fratribus uterinis haud concedenda. Cap.* 1. §. 3. in ej. *Opusc. Sylog. p.* 8. & Gluck. *loc. modo cit. p.* 573.

§. 6.

Puto secure eum testari.] Exheredando, non praetereundo (1).

(1) Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l. Quartam* autem illam, quae querelam excludit, interpretatione Prudentum ad instar *quartae Falcidiae* esse inductam, notat Pothier. *ad h. l.* add. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 8. *not.* 9. Westenberg. *De Portione Legitim. Diss.* I. *Cap.* 3. & 4. & Gluck. *Ausfuhrl. erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit.* §. 545. *p.* 69. *seqq.* qui etiam alios laudat.

§. 7.

Non ob hoc admittemus ipsum &c.] Ratio dubitandi *L.* 24. *Cod. de Legat.* (1).

(1) De qua vid. Merill. *ad L. Decision. Justin. Cap.* 37. add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Heraldum hunc §. collocare post §. 4. *ibid.* notatum est.

§. 8.

Quoniam autem quarta *debitae portionis* &c.] Plin. *Epistol. Lib.* V. *Ep.* 1. (1). Vid. ad hunc §. Herald. *de Rer. Judic. auctor.* II. 14. *num.* 3. *seqq.* [in Thes.

Ot-

Otton. *Tom.* II. *p.* 1224. *seqq.*] ubi tamen huic textui manus adfert violentas: eundem adv. Fabrum, & alios defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 246. *seqq.*

Non totam hereditatem debeo, sed dimidiam petere.] Etsi totum testamentum rescissum sit, nisi alter querelam repudiaverit. *L.* 17. *h. t.* Vid. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & *ad Nov.* 18. (2).

(1) Ex quo loco constat, huic quartae jam locum fuisse tempore Plinii, adeoque falli eos, qui eam inventam putant a D. Marco: in quorum numero Pothier. *in not. ad* §. 6. *h. l.* dicit etiam esse Cujac. *Obs.* III. 8. ita enim locus citandus. Idem tamen Cujacius. *Obs.* XIV. 14. hanc quartam ad Legem Gliciam potius referendam putat, quam ad Constitutionem D. Marci: & ea Lege hanc quartam definitam, probabile esse, quamvis incertum, dicit *in Recitat. ad h. l.* Denique *ad Paul. Sent.* III. 8. §. 3. sibi nondum satis liquere scribit, haec quarta sit ex L. Falcidia, an ex L. Glicia, an ex Constitutione D. Marci. Sed a D. Marco hanc quartam inventam statuit Pancirol. *Thes. Var. Lection.* I. 39. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 983. add. de hujus quartae origine notata superius ad §. 6. *h. l.*

(2) De conciliända hac Lege cum *L.* 17. *pr.* & *L.* 23. §. *ult. eod.* egit quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XVI. §. 4. & 5. ubi etiam alii laudantur. add. Papillon. *de Jure accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 777. Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* VI. *ut ut erit* &c. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 6. §. 20. *seqq.* Pothier. *in not. ad d. L.* 17. *pr. h. t.* Gluck. *Ausfuhrl. Erlaut. der Pand. nach Hellfeld*, *hoc. tit.* §. 549. *p.* 126. *seqq.* qui etiam de hoc §. egit, *ibid.* §. 557. *p.* 422. *seqq.* Quam varie finalia hujus §. verba edantur, vid. apud Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 9

Et numquid minuant?] *Numquid*, id est, *quidni* (1), Cu-

Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Huber. *Eun. Rom. p.* 248. excudi jussit *in quid*, sed tamen postea legit ut hic, & valde tricatur. Faber Triboniani manum agnoscit (2).

Nam si cum quis ex asse heres institutus est, ideo non potest dicere inofficiosum, quia &c. potest dici, deductis libertatibus quartam ineundam (3).] Hoc casu magis, in quo est exheredatus (4). Cujac. *in Recitat. ad. h. l.*

Eveniet, ut qui servos tantum habet in patrimonio suo, &c.] Id non procedebat tempore Ulpiani, nisi quis tantum haberet *duos* (5), ob Legem Caniniam, quod non videtur oblitus Ulpianus, sed omissum a Triboniano: Cujac. etiam ita censet. *d. loc.* (6).

Si non fuit in potestate,] Circa *suum* nihil auxilii talis est (7): quod tradunt & Basil. [*Tom.* V. *p.* 198.] & Schol. Basilic. [ibid. *p.* 241.] φησὶν ὁ Οὐλπιανὸς εἰ μὲν σοῦός ἐςιν ὁ παῖς, ἀβοήθητὸν ἐςι τὸ κακὸν, & alia, quae tamen ex interpretatione esse videntur tantum. Sed vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *Error.* 5. *num.* 6.

Et ad substitutum transmittens,] Libertatibus collabentibus. *L.* 25. *de manumiss. testam.*

Vel ab intestato, citra Edicti *poenam habeat hereditatem.*] *Si quis omissa caussa testam.* &c.

(1) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Apud Hal. verba haec *& numquid minuant* absunt: quod placet Noodtio, *Comm. ad h. t. Pand.* Vs. *Putemus igitur* &c. ubi hujus §. sententiam exposuit: de quo etiam egerunt Jos. Fernand. de Retes, *Adversar. de inoffic. testam. Cap.* 17. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 526. *seq.* Petr. Martresius, *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 5. in eod. Thes. *ibid. p.* 725. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 11. §. 8.

(2) Et in his & in seqq. hujus §. verbis. Fabrum refutavit Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 5. §. 6. *not.* 16. Dubitari tamen posse dicit, an quidem verba *& numquid minuant* germana sint.

(3) Vulg. *minuendam.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb.

Geb. & Spang. & sic etiam habere Codicem Campensem, notat Bondam. *Animadv. critic. ad Loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 15. iu Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 234.

(4) Est scil. argumentum ab instituto ad exheredatum: ut notavit Schulting. ad edit. in 4to. add. Idem, & Noodt. *locc. citt.*

(5) Vid. Caj. *Instit.* I. 2. *pr.*

(6) Item Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 2. *p.* 26. *seq.* & Schulting. *ad Paul. loc. cit.* Sed Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 2. §. 3. id ab ipso Ulpiano, ut omnibus notum, omissum putat.

(7) Vid. Schulting. & Noodt. *locc. citt.*

§. 10.

Quoniam ante aditam hereditatem nec nascitur querela (1)] D. Gothofred. *in not.* „ Atqui ante aditam hereditatem bonorum possessio contra tabulas nascitur. *L.* 4. *de bon. poss. contra tabb.*" Sed haec est contra *lignum.* *L.* 19. *eod.* Haec querela contra heredem (2).

Ut si forte, antequam judicium moveatur, oblatio *ei fiat ejus*, &c.] Et *acceptio*. Vid. Huber. *Eun. Rom.* *p.* 251. *seq.* ubi hic textus contra Fabrum defenditur.

(1) Vid. Finestres. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit.* *Cap.* 2. §. 27.

(2) Sic etiam Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* D. Gothofredum non raro inter se opponere, quae plane non pugnant, supra jam notavi ad *L.* 27. *de stat. homin.* Ceterum, an etiam jure novissimo agnitio Legati querelam excludat, occasione hujus §. disquirit Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 560. *p.* 480. *seq.* ubi etiam alii Interpp. laudantur.

§. 11.

Cum ei sextans *ex substantiâ testatoris deberetur*,] *Se-*

scuncia, Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Aliter enim ex Jure Pand. casus poni nequit. Ranchin. *Variar. Lection.* III. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 956.] ponit casum, quo unus est filius, qui unciam jam ante in legitimam accepit (1).

Fructus enim solere in Falcidiam imputari, non est incognitum.] Imo nec in *Legitima* hodie hoc mutatum, putat Huber. *Eun. Rom. p.* 253. *seq.* ubi refutat Fabrum, qui haec Triboniano adscribit.

Quoniam facile potest debitam portionem, ejusque fructus medio tempore cogere (2).] Hinc explicanda *L.* 12. *Cod. h. t.* (3).

(1) Pothier. *in not. ad h. l.* Cujacium sequitur. Sed Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 5. §. 9. *not.* 26. utrumque probat. Pro *post certum temporis*, quod in Lege sequitur, Hal. & Vulg. habent *post certum tempus*. Sed. vid. notata superius ad *L.* 19. §. 1. *de Judic.* Porro, *merito dicendum est*, *nullum Judicium movere* poni pro *movere non posse*, aut *non debere*, notat Reitz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 372.

(2) Vulg. *colligere.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pari modo variatum in *L.* 36. §. 5. *de heredit. petit.* ubi vid. notata.

(3) Conf. Cujac. *in Recitat. ad h. l.*

§. 12.

Conditio ei deferri debet, utrum prius movere volet.] *L.* 14. *L.* 16. *Cod. h. t.* (1).

(1) Vid. praeter Cujac. *in Recit. ad h. l.* etiam Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 7. §. 4. & *Cap.* 9. §. 5. & Puttman. *Adversar. Jur. Univ.* I. 6. *p.* 116.

§. 13.

§. 13.

Filius vero in modum contradictionis &c.] Quam tantum quinquennium durare, vult Gomez. *Variar. Res.* I. 11. Sed contrarium videtur verius, per *L.* 5. §. *ult. de dol. mal. & met. exc.*

Inducat:] Al. *inducet.* (1).

(1) Sic. Hal. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 14.

Id, quod in testamento accepit, perdere,] Totum, non tantum id, quod *Legitimam* excedit, ut quidam volunt perperam. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 254.

Qui usque ad sententiam Judicum lite *improba* &c.] *In lite*, Best. *de Rat. emend. Leges, Cap.* 15. *num.* 3. (1).

Proinde & si absente eo secundum praesentem pronuncietur, &c.] *L.* 73. *praec. tit.*

Unde non male Papinianus Lib. II. *Responsorum refert, si heres fuit institutus* &c. (2)] Quid si ei substitutum fuerit. Vid. Paul. *in Sent.* IV. 5. §. 10.

(1) Add. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur. not.* 1. & ad *L.* 3. *de Jurisdict. not.* 3. Pro *Judicum* Hal. & Vulg. habent *in Judicium.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) De hac Legis periodo egit quoque Cujac. *ad Lib.* II. *Papin. Resp.* sed paucis. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 5. §. 9. *not.* 27.

§. 15.

Si quis impubes adrogatus sit ex his personis, quae & citra adoptionem &c.] Descendens forte ab adscendente (1).

Quartam ei, quasi aes alienum, concedendam.] *L.* 2. §. 1. *fam. ercisc.* (2).

 (1)

(1) Conf. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* Verba *& emancipationem*, quae in Lege sequuntur, ab imperito adscripta putat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Sed vid. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 10.

(2) Add. Finestr. & de Monzalv. *d. loc. Cap.* 13. §. 12. & Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 544. *not.* 93. *p.* 25.

§. 16.

Si ex caussa de inofficiosi] Scil. *querela* (1).

Et pronunciaverit contra testamentum, (2)] Totum, non pro parte (3) *L.* 13. *Cod. h. t.* Vid. Cujac. *in Recit. ad h. l.* Male Wissenbach. *in Disp. ad Pand. hoc tit.* §. 3. Tribonianum carpit, quod non meminerit Juris novi. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 255. *seq.* qui contra Fabrum etiam haec tuetur.

Et bonorum possessor,] Facit huc *L.* 6. *pr. h. t.*

Si hoc se contendit] *Scilicet* legit Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* Vs. *Restat, ut de effectu* &c. (4).

Aut ab eo, qui obtinuit:] Add. *L.* 3. 4. 5. *de condict. indeb.*

Et haec utili actione repetuntur.] D. Gothofr. *in not.* „Hodie rupto testamento per querelam, omnia &c." Et ita derogatur huic Legi, & *L.* 13. *L.* 17. §. 1. *L.* 28. *h. t.* & *L. ult. de hered. instit.*

Fere autem, si ante controversiam motam soluta sunt, qui obtinuit, repetit:] Si sint soluta ex bonis defuncti. Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (5).

(1) Neque adeo necesse, ut legamus *de inofficioso*, quamvis ita habeant Hal. & Vulg. & omnia MSS. testante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Nerium, *Analect.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 412. & notata inferius ad *L.* 14. *h. t.* Appellatione *Judicis* intelligendos esse Centumviros, monet

Ze-

Zepernick. *Disq. de causs. Centumv.* §. 11. adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 263.

(2) Additur in Lege: *nec fuerit provocatum.* Unde apertum esse, etiam a sententia Centumvirorum provocare licuisse, dicit Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 6. *p.* 53. & *ibid. p.* 153. docet, huic Legi non obstare *L.* 28. *cod.* quod putavit Forner. *Selection.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 65.

(3) Tunc enim Libertates directae competunt, & fideicommissariae debent praestari. v. *L.* 13. *cod. all.* Addit Cujacius, aliud etiam esse, si herede non respondente contra praesentem judicatum sit. *L.* 17. §. 1. *h. t.* quae Lex adeo huic *Legi* 8. §. 16. non obstat. Vid. & Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XX. §. 13. *seqq.* & Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 13. §. 3. *seq.*

(4) Hal. *& si bonorum possessor hoc se contendit.* Vulg. τὸ *se* omittit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse legere mavult *& bonorum possessor, hoc si contendit.* Pothier. *in not. ad h. l.* τὸ *se* retinens, ait: *puta, est emancipatus.*

(5) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 17.

Ex magna & justa caussa,] Restitutione in integrum (1).

Libertates non esse revocandas, quae competierunt,] *Directae* scil., quae intra quinque annos effectu carent, cum, si rescindatur testamentum, a demente relictae videantur. *L.* 17. §. 1. *h. t.* Cujac. *in Recit. ad h. l.* Defendit etiam hunc locum & Legem sequentem contra Fabrum Huber. *Eun. Rom. p.* 257. *seq.*

Vel praestitae sunt,] *Fideicommissariae* scil., quae ex facto competunt. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & facilius conservantur. Vid. *L. seq.* (2).

(1) *Quinquennii* mentionem a Triboniano esse, qui id loco *biennii* substituisset, putat van de Water, *Obs. Jur.*

Jur. Rom. I. 11. *p.* 60. *in fin. & seq.* & querelam olim *biennii* lapſu exſtinctam fuiſſe, probabile quoque videtur Fineſtreſio & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 8. §. 1. *seq.* Sed vid. Puttman. *Interpr. & Obſ. Cap.* 30. & *Adverſar. Jur. univ.* I. 6. *p.* 111. Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 6. *p.* 155. *ſeq.* & Gluck. *Ausf. erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 559. *not.* 11. *p.* 467.

(2) Ad quam vid. Pothier. *in not.* Egit etiam hac de re Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Quarta cauſſa* &c. Fineſtr. & de Monzalv. *d. loc. Cap.* 13. §. 6. A. G. van Meurs, *Diſſ. de Favore Libertatis, Cap.* 4. §. 1. Lugd. Batav. 1783.

L. IX.

Sed Paulus ait, praeſtaturum fideicommiſſas Libertates,] Victorem ſcil. (1).

Scil. viginti aureis (2) *& in hoc caſu a ſingulis praeſtandis.*] Ex Conſtitutione Hadriani. *L.* 47. *de manum. teſtam.*

(1) Hal. edidit: *praeſtaturum victorem fideicommiſſarias Libertates, ſolum viginti* &c. De verbo *praeſtaturum* dixi ſupra ad *L.* 2. *de feriis, not.* 3. & ad *L.* 76. *de procurat.* & de voce *fideicommiſſas*, ad *L.* 67. *de Judic.*

(2) Hoc vulgare ſervorum pretium fuiſſe, monet Pothier. *in not. ad L. praec.*

L. X.

Si pars Judicantium &c.] Vid. ad *L.* 15. §. 2. *h. t.* add. Cujac. *Obſ.* X. 20. & Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* Vſ. *Quae de effectu* &c. (1).

Humanius erit ſequi ejus partis ſententiam, quae ſecundum teſtamentum ſpectavit (2),] Vid. Wiſſenb. *Diſp. ad Pand. h. t.* §. 4. & Huber. *Eun. Rom. p.* 259. *ſeq.* (3).

Niſi ſi aperte Judices &c.] Exceptionem hanc eſſe a Tri-

Triboniano, eamque ineptam & absurdam censet Faber) non frustra, quod miror omitti ab Hubero, *d. loc.*

(1) Vid. & Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 7. *p.* 157. *seq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Judic.* §. 527. *p.* 438. *seqq.* add. A. G. van Meurs, *Diss supra laud. de Favore Libertatis, Cap. ult.* §. *ult.*
(2) Hal. *pronunciavit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse legere mavult *quae testamentum spectavit*, omisso *secundum*, quod ex antecedentibus irrepsisset.
(3) Et *in Praelect. ad h. t. Pand.* §. 21.

§. 1.

Qui legatum perceperit,] Non semper sufficit petitio ejus. *L.* 12. §. 2. *h. t.*

Nisi id totum alii administravit.] Hoc prudenter limitandum. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Altera caussa* &c. (1). *Administravit.* D. Goth. *in not.* „ Id est, restituit. " Sic *L.* 3. *Cod. ad L. Falcid.* Cujac. *in Recit. ad h. l.*

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 9. §. 10. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XI.

Etiamsi querela inofficiosi testamenti obtinuerit,] *Non obtinuerit*, Vulg. (1) & Gloss. Male. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 45. *Error.* 7. *num.* 16. (2).

Non ideo tamen donationes &c.] Non *mortis caussa* (3) & plene perfectas intelligit Faber. *d. loc. Error.* 6. *&* 7. ubi *in fin.* monet, Jure novissimo nec donationes mortis caussa everti. Vid. *L.* 36. *de Legat.* 3^io^.

(1) Vulg. *obtinuit filia.* Hal. *non obtinuit.* Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Modestin. Respons. in expl. h. l.* item Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1554. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 67. Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 33.

(3) Sic etiam Curtius, Εἰκαςῶν, III. 34. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 221. *seq.* Sed Fabro contradixit Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermogen. Jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 708. *seqq.*

L. XII.

Idque fraudulento consilio fecerit,] V. C. ut tota bona adquireret in casu, quo alius est datus servo coheres (1).

(1) Alium casum proponit Pothier. *in not. ad h. l.* quem etiam vid. *ibid. de seq.* §. 1.

§. 2.

Si cum filius ademtum *sibi legatum* &c.] V. c. *Codicillis* (1).

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 9. §. 11.

§. 3.

Per acceptilationem Titii *liberatus,*] Id est, *a Titio factam* (1).

(1) Add. Finestr. & de Monzalv. *d. loc.* §. 12.

L. XIII.

An (1) fideicommissa *ex capite supra scripto debeantur?*] Integra scil. ex parte etiam filiae.

(1) In initialibus Legis verbis pro *Titia filiam heredem instituit, filio legatum dedit,* &c. uti Flor. & in aliis editt. legitur, Cujacius, *in Comm. ad tit. qui te-*

testam. fac. poss. in fin. item *in Recitat. ad h. l.* & *ad Lib.* III. *Scaevol. Respons. in expl. h. l.* scribi vult: *Titia filium heredem instituit, filiae legatum dedit*, &c. — Ex hac Lege colligi non posse, Centumviros de *fideicommissis* judicasse, docet Zepernick. *Disq. de causs. Centumvir.* §. 4. adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 235. *seqq.* quem *ibid. p.* 243. quoque vid. de verbis, quae in Lege sequuntur, *Centumvirali judicio.* — In fine Legis scriptum est *respondi* & mox *respondi posse.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. prius *respondi* tolli vult, alii posterius. Alterutrum certe abundat. Sed ejusmodi repetitionum exempla non raro in Fragmentis Vett. JCtorum reperiuntur. Vid. Rygerbos. *Obs. Cap.* 3. Pro *fideicommittere* Hal. habet *fideicommitti.* add. Best. *de Ration. emend. Leges, Cap.* 25. *num.* 5.

L. XIV.

Quod si contra filios judicetur, pater ad querelam vocatur,] Cui etiam competit bonorum possessio contra tabulas. *L.* 1. §. *ult. si a par. quis manum. sit.* Sed querela pinguior. Donell. *Comm. Jur. Civ.* XIX. 4. ibiq. Hilleger. *Lit. n.*

Et suam intentionem implere potest.] Add. *L.* 31. *h. t.* (1) Cujac. *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* V. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.*

(1) Quae ex hac Lege explicanda est, ut notat Schulting. *Thes. Contr. Dec.* XV. §. 9. Vid. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 554. *p.* 378. *seqq.* qui etiam plures alios citavit. add. Finestr. & de Monzalv. *Prael. ad h. tit. Cap.* 6. §. 10. Pro *duobus exheredatis* Hal. habet *ambobus exheredatis.* Intelligitur scil. tam filius, quem postea suscepit pater emancipatus, quam is, qui in avi potestate retentus est. Pothier. *in not. ad h. l.* Sed *duo* etiam alibi pro *ambo* dicitur. Vid. v. gr. Ovid. *Trist.* III. 4. *vs.* 54. Porro pro *in quaestione de inofficiosi testamen-*

menti Hal. & Vulg. habent *de inofficioso testamento.* Sed vid. notata superius ad *L.* 8. §. 16. *h. t.*

L. XV.

Nam etsi parentibus non debetur filiorum hereditas,] Ut liberis parentum; qui proin hanc putant sibi deberi. Plutarch. *de Amor. Prol. p.* 497. Vid. ad *L.* 7. *pr. de bon. damnat.*

Propter votum parentium (1),] Quo de voto Senec. *Controv.* I. *p.* 78. & *Controv.* XXVII. *p.* 321. Cicer. *pro Caecin. Cap.* 4. Arnob. *Adv. Gentes,* II. *p.* 47. (2) *Ordo votorum,* Quinctil. *Declam.* I. [ed. Burman. *p.* 17.] Gruter. *ad Plaut. Asinar.* I. 1. *pr.* Facit huc Plutarch. *Cat. Major. p.* 340. *Contra votum,* Inscript. apud Gruter. *p.* 631. 3. & *p.* 669. 4. (3).

Et naturalem erga filios caritatem,] Quae major est, quam Liberorum erga parentes. Lucian. *in Abdicato, p.* 721.

Turbato tamen ordine mortalitatis,] Vid. Cujac. *Obs.* VIII. 23. (4). Merill. *Obs.* III. 27. In Inscriptionibus saepe huc alluditur. Vid. A. Manut. *in Ciceron. Cat. Maj. p.* 565. Inscript. apud Gruter. *p.* 684. 6. *praeposteritate naturae. Inverso ordine,* Inscript. apud Reines. V. 35. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* I. *p.* 200.] (5).

Non minus parentibus, quam Liberis pie relinqui debet.] A Divo Pio hoc inductum, dicit Zonaras, *Tom.* II. *Annal. p.* 206. quod non video, quo modo de patre verum sit. — D. Gothofr. *in not.* „ *L.* 7. *in fin. unde liber.* Cicer. *de Senectut. in fin.* &c." Add. ex eod. *pro Quint. Cap.* 4. quod *summus ex morte Liberorum ad parentes veniat moeror.* & Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 7. *num.* 5. add. Salvian. *Adv. Avaritiam,* III. *p.* 236.

Et

Et mox: „ patri praeterito quemadmodum subveniatur, vid. ap. Cujac. *Obs.* VIII. 23." Aliter L. Wisigothor. IV. 2. 20.

(1) Sic etiam alibi scriptum. Vid. notata superius *ad L.* 10. *de postul.* & *ad L.* 11. *pr. de his qui not. infam.*
(2) Nonnulla huc pertinentia habent quoque Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 23. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 524. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Transeo ad parentes* &c. Bynkersh. *Obs.* I. 19. Van Dorp, *Obs. Cap.* 4. Vid. & Heins. & Burman. ad Ovid. Heroid. *vs.* 101. & Burman. Sec. *ad Antholog. Latin. Tom.* II. *p.* 166. Cuper. *ad Petron. Satyric. Cap.* 140. *p.* 660. Trotz. *Memor. Propag. p.* 116. Arntzen. *Spec. Obs. Cap.* 9. *p.* 57. *seq.* van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 8.
(3) Alia etiam loca laudavit Gronov. *ad Grot. loc. a Schult. cit. num.* 2.
(4) Ubi quoque notat, his verbis usos etiam esse parentes ipsius Papiniani, quum eo mortuo inscripserunt monumento: *& turbato ordine in senio parentes fecisse.* Add. Idem, *ad Lib.* XIV. *Papin. Quaest. in expl. h. l.* Inscriptio haec est apud Gruter. *p.* 348. 8. expressa ex hac Lege, monente Schultingio *ad Quinctil. Declam.* I. *p.* 18. Sed falsa, & absurda, ut docuerunt Galvanus, Reinesius, & Otto, citati ab Heineccio, *Hist. Jur.* I. 4. §. 331. *in not.*
(5) Et Otton. *ad Instit. p.* 386. *seq.*

§. 1.

Mutata voluntate,] Alioquin secus. *L.* 6. §. *ult. L.* 7. *h. t.* (1).

(1) Pro *perseveret* in *fin.* §. Hal. habet *persèveres.* Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

§. 2.

Diversas sententias Judicum tulit,] Facit huc *L.* 10. *h. t.* (1). Quod olim non raro factum videtur, maxime quod caussae exheredationis pendebant ab arbitrio Judicum.

(1) Ad quam vid. notata. Additur in fin. Legis: *nec absurdum videtur, pro parte intestatum videri.* Quum scil. hoc ex post facto contingat, ut notat Pothier. *ad h. l.* add. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* III. §. 16. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 6. *p.* 106. Van de Water, *Obs. Jur. Rom.* I. 1. *in fin.* Gluck. *Ausf. Erl. der. Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 557. *p.* 441. De Latinitate hujus loci vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 330.

L. XVI.

In hereditate legitima (1) *fratri* (2) *non concurrit.*] Qui ita conferet dimidium, juxta Cujac. *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* II. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* (3).

(1) Hal. *in hereditatem legitimam.* Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3.
(2) Tò *fratri* abundare, non male observat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* praecedit enim jam *filio:* non tamen negare auderem, ipsum Papinianum ita scripsisse. Conf. notata superius ad *L.* 13. *h. t. not.* 2. *Concurrere alicui* pro *cum aliquo* dixit quoque Ulpianus, in *L.* 2. §. 2. *de bon. poss. sec. tab.*
(3) Add. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 6. §. 22. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 557. *p.* 435. *seq.*

§. 1.

Possessio (1), *quam pater accepit, ad irritum recidit* (2):] Si pater querela egisset & vicisset, nepti prodesset. *L.* 6. §. 1. *L.* 25. §. 1. *h. t.* Sed haec bonorum possessio tantum partem bonorum persequitur. Cujac. *in*

Re-

Recit. *ad h. l.* & *ad Lib.* II. *Papin. Resp. in expl. h. l.* add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 7. §. 7. (3).

(1) Verba *& bonorum possessionem adeptus est* in *pr.* hujus §. apud Hal. absunt. Sed Bondam. *Animadv. critic. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap. ult.* in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 235. *seq.* verba haec retinenda quidem putat, sed levi trajectione verborum tautologiam evitandam, hoc modo: *contra tabulas filii adeptus est possessionem jure manumissionis pater: accepta bonorum possessione, postea filia defuncti* &c. Verum nihil mutandum esse, & nullam quoque tautologiam verbis inesse, censet Puttman. *Diss. varia Jur. Civ. Cap. contin. Cap.* 4. §. 3. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 125. *seq.* An recte, alii viderint. Jam inter Veteres Interpp. de hoc loco disputatum esse, intelligi potest ex Calder. *Variar. Lect.* I. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 603. *seq.*

(2) Flor. *reccidit*, & sic scribendum nonnulli putant iis in locis apud Veteres Poëtas, ubi prima syllaba in hoc verbo producitur. Vid. Schelleri *Lexicon*, in voc.

(3) Et Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. si a parent. quis manum. sit*, *num.* 6.

L. XVII.

Qui repudiantis animo non venit &c.] *L.* 23. §. *ult. h. t.* Secus, si agere non possit; quo refer *L.* 8. §. 8. *h. t.* (1). Attendendum vero ad omnes facti circumstantias. Vid. Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* II. 14. *num.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1226.]

Hic, si obtinuerit, uteretur rei judicatae auctoritate:] Si a fratre conveniretur.

Quasi Centumviri &c.] Vid. D. Gothofred. *in not.* add. Plin. *Epistol. Lib.* V. *Ep.* 1. & *Lib.* VI. *Ep.* 33. (2)

(1) Ad quam vid. notata. add. Zepernick *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. 6. *p.* 154. *seq.* & Gluck. *Ausf. Erl.*

Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. §. 557. *p.* 433. *seq.* Egit de hac *L.* 17. quoque Çujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaest.*

(2) Add. Zepernick. *Disq. de Caussis Centumv.* adject. Siccam. *loc. cit. p.* 230. *seqq.*

§. 1.

Cum contra testamentum &c.] Defendit hunc §. Huber. *Eun. Rom. p.* 260. *seq.* nec res difficilis (1).

(1) Add. notata superius *ad L.* 8. §. 16. *h. t. not.* 3. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XIX. (1).

Filia praeterita id vindicare debet, quod intestata matre habitura esset.] Graeci tamen, & Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaest. in expl. h. l.* existimant, hoc casu totum extraneo auferri, & alterum quadrantem cedere filiae scriptae (2).

Etiam si totam hereditatem ab intestato petat, & obtineat,] Per obreptionem, Cujac. *d. loc.*

Et defendendum, totum semissem esse conferendum, quasi semis totus ad hanc pertineat.] Dubium ex *L.* 1. §. 2. *& seqq. si pars heredit. pet.*

Nec enim quae ex testamento adiit, quod putat valere &c.] *L.* 8. *seq. tit.*

Is enim non videtur bonorum possessionem contra tabulas repudiasse.] *L.* 46. *de bon. libertor.*

Cum rescisso testamento, etiam institutae salvum jus sit adeundae hereditatis.] Non obstat *L.* 14. *de bon. poss. contra tabb.* ubi vide.

(1) Hanc Legem satis difficilem optime explicuit Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XIX. 8. add. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 6. §. 23. Pothier. *in not. ad h. l.* Van Foreest. *Obs. Miscellan. p.* 12. *seqq.*

seqq. Lugd. Batav. 1789. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach. Hellfeld.* hoc *tit.* §. 557. *p.* 425. *seqq.* Miror hujus Legis ab Hubero, Noodtio, Voetio, in Commentariis suis ad hunc titulum Pand. vix mentionem factam esse.

(2) Sic etiam Pothier. *d. loc.* Sed dissentit Faber, *in Ration. ad h. l.* cujus rationes ponderandae sunt.

L. XX.

Carbonianam bonorum possessionem non debet accipere:] *L.* 7. §. 2. *de Carbon. edict.*

Et actionibus praejudicium non patiatur:] Exerceat eas, quae tempore interirent (1).

Nec alii:] *Nec ali*, Flor. recte. Vid. Brencm. *Hist. Pand.* II. 6. *p.* 173. & 178. (2).

(1) Conf. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Explicuerunt hanc Legem etiam Jo. Altamiran. *ad Lib.* II. *Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 388. *seqq.* & Jos. Fernand. de Retes, *Adversar. de inoffic. testam. Cap.* 19. §. 5. *seq.* in eod. Thes. *Tom.* VI. *p.* 533. Vid. & Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 13.

(2) Add. Idem, *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Ali* etiam in aliis editt. Gothofredi legitur, & *alii* forte vitium typographicum est.

L. XXI.

Et ideo non prohiberi eum repetere inchoatam actionem (1).] Facit huc *L.* 46. *de bon. libertor.*

(1) Hal. vocem *actionem* omittit, & in initio Legis addit vocem *respondit.* Sed neutrum necesse: nam *respondit*, *ait* cet. in Fragmentis Vett. JCtorum centies omittitur. Vid. notata superius *ad L.* 8. §. 1. *qui satisd. cog.* & *querela* quoque alibi sub *actionis*, vel etiam *accusationis* nomine venit. Vid. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 1. §. 6. & Zeper-

pernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* II. *6. p.* 147. — In seq. §. 1. Flor. legitur, *an heres audiendus est ante de inofficiosi querellam actam*, &c. pro quo Hal. habet, *an heres audiendus esset ante inofficiosi querelam*, &c. Vulg. *de inofficioso*. Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* totum hunc §. Triboniano adscribit; cujus tamen rationibus facile responderi potest. Conf. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* & Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 44. — Quid sit *evincere hereditatem* in seq. §. 2. exponit Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hactenus de nomine* &c.

L. XXII.

Filius non impeditur, quo minus inofficiosum testamentum patris accusaret (1), &c.] Huber. *Eun. Rom. p.* 261. *seq.* defendit hanc Legem contra Fabrum.

Nam indignatio filii est.] D. Goth. *in not.* „Et injuria, *L.* 8. *pr. eod.*" Add. Hilleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* XIX. 3. *Lit. e.*

(1) Pothier. *in not. ad h. l.* hoc sic accipiendum monet: *accusaret* non per se, sed per patrem, cui hujus querelae jus, sicut cetera omnia, vi patriae potestatis acquirit. add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit.* §. 556. *not.* 57. qui etiam alias de hac Lege Interpretum sententias recenset. Vid. & Cujac. *in Recitat. ad h. l.* & Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 30. *seq.* Pro *accipiet vel adisset hereditatem*, ut Flor. legitur, Hal. habet *acceperit vel adierit*. Vulg. *accepisset vel adiisset*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Et quaerebatur, si non obtinuisset in accusando, &c.] Hinc quidam collegerunt, Jure Pand. bona materna patris adquisitionem effugisse (1), contra *L.* 6. §. 2. & 3. *de adq. vel omitt. hered.*

(1)

(1) Vid. Huber. *loc. modo cit.*

§. 2.

Utique, si jam defunctus agere coeperat (1).] Non tantum querelam praeparārat.

(1) Haec etiam verba Triboniano adscribit Faber. Vid. Huber. *d. loc.*

L. XXIII. (1).

(1) Ad hujus Legis *pr.* vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* & Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 11.

§. 2.

Et unus postea constituit non agere,] Id est, *repudiavit* (1).

(1) Add. notata superius *ad L.* 8. §. 8. *h. t. not.* 2. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 557. *p.* 435.

L. XXIV.

Circa inofficiosi querelam evenire plerumque adsolet, ut in una &c.] Grot. *in Flor. Sparsion. p.* 137. (1).

Quid enim, si fratre agente, heredes scripti diversi juris (2) *fuerunt?*] Vid. *L.* 31. §. 1. *h. t.* Non vero corrupta est haec Lex a Triboniano, vel imperito Interprete, ut putat Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. h. tit.* [*Tom.* I. *p.* 198.]

Quod si fuerit, pro parte testatus, pro parte intestatus decessisse videtur.] Nihil hic fit contra *L.* 7. *de reg. Jur.* (3) Decessit enim *testatus*, & quod nunc fit, tangit heredem & bona. Scip. Gentil. *de Errorib. Testam. Cap.*

10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 46. & *seq.*] add. Ant. Fab. *de Erorib. Pragmat. Dec.* 49. *Error.* 1. Quid autem fiet hic, portione vacante, idem Fab. *ibid. Dec.* 50. *Error.* 7.

(1) Add. notata superius *ad L.* 10. *pr.* & *L.* 15. §. 2. *h. t.*

(2) Puta, alter fuerit turpis persona, alter honestus: ita Pothier. *in not. ad h. l.* Alii aliter. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Alterum est*, &c. Jo. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* I. 12. *p.* 70. *seq.* Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 14. *p.* 92. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 5. §. 4. Gluck. *Opusc. Jurid. Fascic.* III. *p.* 10. & *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 557. *p.* 438. An *diversi juris* ab Ulpiano forte scriptum pro *diversae jurisdictionis?*

(3) Add. notata superius *ad d. L.* 15. §. 2. *h. t.*

L. XXV.

Aut si minus habeat, quod deest boni viri arbitratu repleatur: aut certe conferri &c.] Electio itaque filio datur. Paul. *in Sent.* IV. 5. §. 7. Vid. Hilleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* XIX. 4. *Lit. K.* ubi plures citat. Sed Balduin. *in Justinian. p.* 35. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1044.] Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 40. *Error.* 5. Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* I. *p.* 205.] putant hanc Legem a Triboniano interpolatam, ob *L.* 30. *Cod. h. t.* Addit Faber, *d. loc. num.* 16. verba *aut si minus — repleatur* inclusa esse parenthesi in Cod. Flor. Quod verum non est. Sed pro genuinitate (1) horum verborum faciunt, quae tradit Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. h. t.* (2).

(1) Vox ab aliis quoque usurpata, sed non bene Latina.

(2) Attamen *in not. ad loc. Paul. cit.* ait Schultingius, differentiam, num coheredes sint fratres, an extranei, non probari *L.* 3. *Cod. h. t.* & verba illa *aut si minus — repleatur* constructionem quoque non nihil

nil turbare. Etiam Pothier. *in not. ad h. l.* haec a Triboniano interpolata putat. Sed Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 7. §. 14. alternationem, quae hoc loco ab Ulpiano proponitur, sine caussa suspectam esse dicit Balduino, & Triboniano adscribi.

§. 1.

Si quis &c.] Frater V. C. praecedente filio (1).

Pro parte *rescindere testamentum tentet*,] Non *in totum. L.* 6. §. 1. *h. t.* Vid. Cujac. *in Recitat. ad d. L.* 6.

Quia testamentum pro parte valet,] Et aditione confirmatum est.

(1) Conf. Finestr. & de Monzalv. *loc. modo cit. Cap.* 13. §. 9. — De seq. *L.* 26. Vid. Ant. Fab. *in Rational.*

L. XXVII. (1).

(1) *Si instituta de inofficioso testamento accusatione*, &c. Non obstat *L.* 6. *Cod. de transact.* Vid. Huber. *in Praelect. ad tit. Pand. de transaction.* in fin. Noodt. *de Pactis & Transact. Cap.* 14. Schulting. *in Enarr. tit. de transact.* §. 19. Finestr. & de Monzalv. *d. loc. Cap.* 9. §. 7. Egit etiam hac de re Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 31. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 629. *seq.*

§. 1.

De inofficioso testamento caussa superest (1).] Sed an Carboniana bonorum possessio. Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (2).

(1) Vid. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* VII. §. 6. Verba *tamen eum exheredavit* explicat Finestr. & de Monzalv. *d. loc. Cap.* 3. §. 12.

(2) Vid. & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* — Ad seq.

§. 2. vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 560. *p.* 485. *seqq.*

§. 3.

De inofficioso testamento nepos &c.] Frustra Faber quaedam hic notat, & a Triboniano esse censet. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 262. *seq.*

Placuit, interim propter inopiam pupilli, alimenta decerni (1), *eaque adversarium ei subministrare necesse habere usque ad finem litis.*] Exceptio in *L.* 17. *de tut. & rat. distrah.* Vid. Fab. *Cod.* III. 7. *Def.* 5. & III. 20. *Def.* 5. & III. 21. *Def.* 1. add. Mev. *Decision. Part.* IV. *Dec.* 194. & de casu arresti, *ibid. Dec.* 338.

(1) Hoc singulare esse, & ortum ex Constitutione quadam, notat Cujac. *in Recit. ad h. l.* Sed non probat.

Sequens hujus loci interpretatio, quam Keesselio nostro debeo, simplex videtur, & probabilis:

De inofficioso testamento nepos &c.] Ab avo exheredatus.

Contra patruum suum,] Heredem forte ex asse scriptum.

Vel alium &c.] Hoc videtur JCtus addidisse, ut significaret, id, quod mox de alimentis dixerit, etiam ad extraneum pertinere, cum alimenta petat nepos, non, quia a patruo ipsi debebantur, sed quia ab avo, si viveret, praestanda fuissent.

Pro portione *egerat*, &c.] Non enim erat solus, qui ab intestato poterat succedere, sed concurrebat cum patruo, vel cum alio, aut aliis filiis, vel nepotibus defuncti. Igitur hereditatem pro sua tantum parte querela petere debebat. Hoc etiam indicatur seqq. Legis verbis: *quae — pro parte ei vindicabantur.*

Sed scriptus heres appellaverat: placuit interim propter inopiam pupilli &c.] Recte: nam cum in priore, ut ajunt, instantia victoriam obtinuisset, praesumtio pro nepote militabat, querelam ab eo recte motam esse, adeoque cum & pupillus esset, qui nondum

dum sibi ipse posset prospicere, & inops, merito interim ipsi de alimentis ex aequitate prospiciebatur.
Ceterum *querelam* etiam alibi sub *accusationis* nomine venire, notavimus ad *L.* 21. *h. t.*

§. 4.

De testamento matris &c.] Ant. Faber in hoc §. & seq. Lege quaedam putat esse Triboniani. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom* *p.* 263. *seq.* (1).

(1) Fabro, qui huic §. negationem inserit, legens *queri non potest*, etiam contradixit Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Sed apparet* &c. & Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 22. Vid. & H. van Berkel, *Diss. de Favore bon. fid. in praecipuis quibusd. casib. p.* 16. *in not.* Lugd. Batav. 1805. Ceterum Vulg. addit *filius*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed *queri* hic passive poni, post Huberum etiam observat Noodt. *d. loc.* De quo vid. notata superius *ad L.* 19. *de Jurisdict.*

L. XXVIII. (1).

Cum mater militem &c.] Add. Valer. Maxim. VII. 7. 1. Egit de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Sed apparet* &c.

Divus Hadrianus decrevit, &c.] Instituta scil. querela. Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 11. Extra ordinem vero apud Principem questum filium, vult Os. Aurel. *Dispunct.* 11. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 722.] (2).

Hic illud adnotatum,] Ut rarum scil. (3).

Quod de libertatibus & legatis adjicitur:] Ratio, quia testamentum secundum erat validum: licet mater forte haec non fuisset relictura, si verum scivisset. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 20. *Error.* 9. *num.* 4.

Cum inofficiosum testamentum arguitur,] Quod hic fieri, indicat ipse textus, & *L. praec.* in fin. & sic Cujac.

in Recitat. ad h. l. Graeci censent, filium venire quasi ex tacita matris voluntate, ut in *L. ult. de heredib. instit.* (4).

(1) De hujus Legis inscriptione vid. notata superius *ad L. 7. h. t.*

(2) Cum Aurelio faciunt hac in re plures Interpp., veluti Cujac. *Obs.* X. 22. Noodt. *loc. cit.* Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 23. Sed filium hunc egisse querela inofficiosi testamenti, cum Merillio putat quoque Huber. *Eun. Rom. p.* 264. item Cujac. *in Recitat. ad h. l.* & qui latius hoc adstruxit, Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 13. Vid. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 551. *not.* 98. *p.* 317. *seq.* qui etiam alios citat.

(3) Sunt, qui hoc ita accipiant, quasi Paulus hanc Decreti partem reprehenderet. Vid. Gul. Forner. *Select.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 65. & Jac. Curtium, Εἰκαστῶν, III. 35. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 222. Sed eos recte notavit Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* add. Cujac. & Noodt. *locc. citt.*

(4) Vid. & Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 578. *seq.*

L. XXIX. (1).

(1) In *pr. Eisdemque permissum est etiam appellare* &c. Nempe per D. Pium. Vid. *L.* 14. *pr. de appellat.* add. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* & Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XX. §. 6. — Ad seq. §. 1. vid. Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 26. & ad seq. §. 2. Voet. *Comm. ad tit. Pand. de transact.* §. 22. & Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. eod. tit.* §. 355. *not.* 27.

§. 3.

Sine jussu Principis] Videntur esse Triboniani, aut alicujus interpretis. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Erit pretium operae* &c. (1).

Nec de inofficioso testamento ejus, quam quis sibi matrem adoptivam falso esse existimabat, agere potest.] Aliud vult Cujac. *in Recitat. ad h. l.* quando auctoritate Principis est facta adoptio, per *L. 5. Cod. de adoption.* (2).

(1) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Sed dubitat Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 3. §. 25. Vid. & Gluck. *loc. modo cit. tit. de adoption.* §. 149. *not.* 24.

(2) Vid. hac de re Gluck. *d. loc. hoc tit.* §. 554. *p.* 373. *seqq.* — Verba seq. §. 4. *in ea provincia de inofficioso testamento agi oportet, in qua scripti heredes domicilium habent*, Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de Judic. num.* 27. ita supplet: *magis quam in provincia ejus, qui queritur.* Sed vix videtur haec Ulpiani sententia existimanda, cum dubium nullum esse possit, quin actor sequi cogatur forum rei. Sed an querela tantum institui possit in loco domicilii heredis scripti, an vero etiam in loco rei sitae, quamvis heres ibi non reperiatur, occasione hujus §. & *L. unic. Cod. ubi de heredit.* inter Interpp. non convenit. Vid. Huber. *in Praelect. ad tit. Pand. de Judic.* §. 49. Finestr. & de Monzalv. *loc. modo cit. Cap.* 8. §. 7. *seqq.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Judic.* §. 519. *p.* 328. *seq.*

L. XXX.

Adversus testamentum filii in adoptionem dati pater naturalis &c.] Dissoluta scil. adoptione (1). Etsi enim non sint tam bono jure, quam liberi emancipati, vid. *L. 8. §. 11. de bon. poss. contra tabb.* est tamen pater cognatus. Facit huc *L. 6. h. t.* Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.*

Agere potest,] Tanquam *agnatus*, juxta Contium, *de Hered. & bon. possess. p.* 326. Perperam.

(1) Vid. Jos. Fernand. de Retes, *Miscellan.* I. 22. §. 24. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 76. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Transeo ad parentes* &c. Finestr. &

& de Monzalv. *Praelect. ad h. tit. Cap.* 4. §. 7. Pothier. *in not. ad h. l.* qui addit, exemplum querelae, a parente institutae adversus testamentum filii, quem in adoptionem dederat, exstare apud Valer. Maxim. VII. 7. §. 5. De quo vid. Schulting. *Exercitat. supra laud. p.* 567. *seqq.*

§. 1.

Tutoribus pupilli nomine, &c.] Hinc colligunt; quidquid pupillus potest facere, potest ejus nomine tutor, etsi suo non posset (1).

(1) Vid. de hoc §. Ant. Fab. *in Rational.*

L. XXXI. (1).

Et placuit posse, ut fiat successioni locus.] Casus *in L.* 14. *h. t.* (2).

(1) De inscriptione hujus Legis vid. notata superius ad *L.* 7. *h. t.*
(2) Ad quam vid. notata. add. Pothier. *in not. ad h. l.* & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 6.

§. 1.

Quantum ad inofficiosi liberorum vel parentium querelam pertinet, nihil interest, &c.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* I. *p.* 198.] (1).

(1) Add. citatos superius ad *L.* 24. *h. t.*

§. 2.

Qui eo testamento institutus est,] Pro parte.

Vel jure suo possideam.] Ut patris heres ab intestato, & sic absque voluntate mea, vel agnitione. Non tam commode Huber. *Eun. Rom. p.* 265. (1).

(1)

(1) Vid. & de hoc §. Finestr. & de Monzalv. *loc. modo cit. Cap.* 9. §. 12. *seq.* qui etiam alios citat, add. Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 34. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 560. *p.* 482. *seqq.* Haloandrum verba haec *vel jure suo possideam* stellulis includere, & in margine addere: *haec in nonnullis non leguntur*, sed perperam, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Reitzius, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 367. *jure suo* a Paulo scriptum putat pro *jure meo*, ut Graeci *ἑαυτοῦ* & *ἑαυτῶν* dicunt pro *ἐμοῦ* & *ἡμῶν*. — De seq. §. 3. vid. Ant. Fab., qui hunc §. explicuit *in Ration. ad* §. 2. *h. l.* in fin. & quem etiam vid. *ibid.* ad seq. §. 4. ubi recte monet, non ponendum esse comma post verbum *adscripserim*, sed post vocem *patris*. add. Finestr. & de Monzalv. *loc. supra cit. Cap.* 9. §. 8. quaedam habet quoque Calder. *de Errorib. Pragmat.* II. 8. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 572.

L. XXXII. (1).

(1) In *pr.* hujus Legis pro *quale quale* Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* legi mavult *qualiter qualiter*. Sed non necesse: nam *quale quale* hic Adverbialiter accipiendum, ut saepe Adjectiva. Vid. notata superius *ad L.* 61. *pr. de Judic.* & Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Divers. Lib.* XIII. *Ep.* 19.

§. 1.

Si legatario heres exstiterit exheredatus, &c.] Contra Fabrum, Triboniano quaedam adscribentem, haec defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 265. *seq.* (1).

(1) Vid. & de hoc §. Finestr. & de Monzalv. *d. loc. Cap.* 9. §. 9. Solitos fuisse JCtos oratione ad modestiam composita quaestiones definire: *videtur*, *probabile est*, *tutius est* &c. ad *h. l.* notat Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 46. add. notata superius *ad L.* 2. *de Jurisdict.*

TITULUS III.

DE HEREDITATIS PETITIONE.

Quae apud Centumviros exercebatur. Cicer. *de L. Agrar. contra Rull. Cap.* 17. (1).

(1) Add. Zepernick. *Disq. de causs. Centumv.* adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 230. *seqq.* Tredecim priores hujus tituli Leges exposuit Cujac. *in Recitation. ad h. tit. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior.*

L. II.

Sive suo *nomine*,] *Suorum* conjicit Leonin. *Emend.* II. 13. quasi de Jure sui heredis agatur: quod non probo (1).

Sive per se,] Videntur ex Glossa, & interpretatio priorum: & sic Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* (2).

(1) *Suo nomine* Ulpianum dixisse pro *nostro nomine*, putat Reitz. *loc. cit. ad L.* 31. §. 2. *praec. tit.* item Finestr. & de Monzalv. *Praelect. ad tit. de inoffic. testam. Cap.* 9. §. 12. Accursius hanc malam Grammaticam dixit, cui fere adsentitur Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 332. Haloandrum habere *nostro*, sed in MSS. constanter *suo* reperiri, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse putat τὸ *suo nomine* forte idem valere ac *proprio nomine.* Quam varie veteres Interpp. has voces acceperint, intelligi potest ex Calder. *Variar. Lection.* II. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 609. *seq.*

(2) Apud Hal. quoque haec verba absunt, eaque pro Glossemate habet etiam Reitz. *loc. modo cit.* Ceterum, summam *Legum* 1. 2. 3. *h. t.* refert Noodt. *Comm. ad h. t. Pand. Vs. Sequens tractatus erit* &c.

&c. add. Cujac. *in Recit. ad dd. LL.* qui exemplum, quo *novo jure* hereditas *ex Constitutionibus* defertur, ponit in hereditate testamento filiifamilias militis delata. Conf. Ant. Fab *in Ration. ad L.* 3. *h. t.* & Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 1. Exemplum autem, quo *novo jure* hereditas ab intestato *ex Constitutionibus* defertur, adferri unum posse putat ex Constitutione D. Marci de iis, quibus libertatum conservandarum caussa bonorum universitas addicitur: cum Jure novissimo plura exempla sint. — De *seq. L.* 4. egit quoque Cujac. *ad Lib.* I. *Paul. ad Edict.* quo loco, uti & *in Recit. ad h. l.* docet, nihil huic Legi obstare *L.* 23. *de Judic.*

L. V.

Divus Pius rescripsit, prohibendum possessorem hereditatis, &c.] *L. ult.* §. 2. *de dol. mal. & met. exc. L.* 25. §. 7. *h. t.* (1). Sand. *de Prohib. rer. alienat.* II. 3. 2.

Nisi maluerit pro omni quantitate hereditatis, vel rerum ejus restitutione (2) satisdare.] *Judicatum solvi*, juxta Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Quae satisdatio praestanda ante litem contestatam. add. *L.* 15. §. 2. *de quaestion.*

Sed solita cautio,] Scil. de conservandis rebus hereditariis. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (3) & Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de satisdat.*

Deminutionem se concessurum] Vid. *L.* 7. §. 2. *de Jur. delib.*

Item, si futurum est, ut, nisi pecunia intra diem solvatur, pignus distrahatur:] Add. *L.* 53. *h. t.*

(1) Add. Otton. *in Praefat. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 20.
(2) Hal. *aestimatione*. Male. Vid. Cujac. *loc. cit.*
(3) Et *ad Paul. in Sent.* I. 11. *not.* 2.

§. 1.

Hoc ideo, quia sustinetur (1) *hereditatis petitionis judicium, donec* &c.] Exceptio a seq. §. ob *L.* 54. *de Judic.*

(1) Id est, *differtur, suspenditur.* Vid. Westenb. *in D. Marco, Diss.* IV. §. 19. In nominibus *Trebio Sergiano*, item *Ælius Asiaticus* variant editt. & Codd. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Pro *et sic falsum dicat* Hal. & Vulg. habent *et si falsum* &c. Male. Vid. Brencm. *ibid.* — De *seq.* §. 2. vid. Zepernick. *ad Siccam. de Judic. Centumv.* I. 6. *p.* 47. *seqq.*

L. VI.

Vel praestandum est oblata cautione,] Add. *L.* 9. *Cod. de Legat.* & Balduin. *in Justinian. p.* 299. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1133.]

L. VII.

Si quis libertatem &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 266. (1).

Non debebit Judex de libertate sententiam dicere,] Quippe quae semel competens revocari nequit: aliud in Legatis, debitis, cet. *L.* 6. *h. t. L. ult. Cod. eod.*

Donec de inofficioso Judicium aut inducatur,] D. Goth. *in not.* „ Reo vel absoluto ab observatione Judicii, & instantia, &c." *L.* 73. §. 2. *de Judic.* Cujacius vero, *in Recitat. ad h. l.* & Graeci explicant per *inferatur*, ut *L.* 4. *Cod. de ordin. cognit.* Pro priore facit §. 1. *h. l.*

(1) Egit de hac Lege etiam Martresius, *in Not. ad aliq. JCtor. Respons. Cap.* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 726. & Bach. *in Trajan. p.* 160. *seqq.*

§. 1.

§. 1.

Ita demum autem &c.] Inscitiam Triboniani & hic culpat Ant. Faber, contra quem disputat Huber. *Eun. Rom.* p. 267. *seq.*

Ceterum, si non contestetur,] Nec speretur, contestatum iri.

Non exspectantur (1) *liberalia Judicia.*] Id est, non differuntur.

Nam cum quidam Licinnianus (2) *de statu quaestionem patiebatur,*] D. Goth. *in not.* „ A testatoris filio exheredato." Qui erat in possessione hereditatis (3), juxta Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Sed vide seqq.

Suscepturum se de inofficioso testamento Judicium,] Pone casum *L.* 8. §. 13. *tit. praec.*

Et petiturum hereditatem,] *Et petitionem hereditatis* legit Cujac. *d. loc.*

Non (4) *debere moram fieri servituti.*] Et Licinianum esse in possessione libertatis.

Et si id deprehenderit, praestituendum modicum tempus:] Hodie exspectandus annus. *L. ult.* §. 2. *Cod. h. t.*

(1) Hal. *non exspectant*, omissis vocibus *liberalia Judicia.*

(2) Hal. hic & in seqq. *Licinianus.*

(3) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* qui de hac Lege videndus.

(4) Hal. & Vulg. pro *nunc vero sub obtentu* &c. habent *non vero* &c. negatione ante *debere* illuc translata. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Et pro *plane summatim aestimandum*, quod in Lege sequitur, Hal. edidit *existimandum.* Haec verba saepissime confundi, supra jam notavi ad *L.* 10. *de stat. hom. not.* 3.

§. 2.

§. 2.

Sed (1) *se non ex testamento liberum dicit*,] Sic cape *L.* 2. *Cod. de ord. cognit.* (2).

(1) Hal. *et.*
(2) Conf. Cujac. *in Recitat. ad h. tit.* Vid. & Ant. Fab. *in Rational.*

L. IX.

Qui vel jus *pro herede*, *vel pro possessore possidet*, &c.] *L.* 13. §. *ult. L.* 16. §. 4. & 7. *L.* 35. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 11. vid. Majans. *ad Fragm. triginta JCtorum*, *Tom.* II. *p.* 219. *seqq.*

L. XII.

Qui interrogatus, *cur possideat*, *responsurus sit*, *quia possideo*,] Quasi hoc ad jus etiam sufficeret. Vid. exemplum ex Demosthene, περὶ Ἀλοννήσου, & Libanio, apud Herald. *de Rer. Judic. auctor.* II. 22. *num.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1273.] (1).

(1) Et apud Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 137. *seq.* Ceterum, Vett. JCtos hic errasse, & possessorem *pro possessore* potius esse *bonorum possessorem*, seu *heredem Praetorium*, putat Branchu, *Obs. Cap.* 6. & in *Addendis aliis*, post Indicem adjectis, & Hommel. *Rhapsod. Quaest. For. Vol.* IV. *Obs.* 675. Sed vid. Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 565. *p.* 522. *seq.* & Auctores ibi citatos.

L. XIII.

§. 1.

Nam si a furioso emero sciens, &c.] Nec Juris error hic probabilis (1).

(1) De hoc & reliquis exemplis, quae in Lege subjiciuntur, vid. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Ad verba *et, si legatum mihi solutum est* &c. vid. & Chesium, *Interpr. Jur.* l. 37. §. 17. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 194.

§. 4.

Quid, si quis hereditatem emerit: &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 269. *seq.* ubi disputat contra Fabrum, Triboniano haec adscribentem.

Et putat Gajus Cassius (1) *dandam* utilem *actionem.*] Vid. §. 8. 9. 10. *h. l.* Obstat *L.* 2. *Cod. h. t.* (2).

(1) *Longinus*, de quo vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 17. & notata superius *ad L.* 2. §. 47. *de orig. Jur. not.* 20.

(2) De qua vid. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. *seq.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XVII. §. 5. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Satis, ut opinor*, &c. Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 10.

§. 5.

Idem erit dicendum, & si parvo pretio jussus *vendere heres* &c.] Testamento forte priore, vel invalido (1).

Adversus fideicommissarium dari actionem:] Vid. Cujac. *in Parat. ad h. t. Cod.*

Ab herede enim peti non expedit &c.] Nisi actionis cessionem. *L.* 16. §. *ult. h. t.*

(1) Hunc etiam §. adversus Fabrum defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 270.

§. 6.

Sed & si retenta (1) *certa quantitate restituere rogatus sit, idem erit dicendum.*] Ipse tamen heres procul du-

dubio etiam partem, quam retinet, cogitur restituere petitione hereditatis (2).

Sed Sabinus in statulibero contra:] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 41. *de mort. cauff. donat.*

(1) Hal. in margine notat, pro *retenta* in quibusdam esse *recepta:* & verba *idem erit dicendum* &c. usque ad *rogatus est* in iisdem deësse. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 8.

Si quis sciens alienam emit hereditatem, (1) &c.] Non idem in casu §. 1. *h. l.*

Sed, ut emtor universitatis, utili *tenetur.*] Vid. §. 4. *h. l.*

(1) Sequitur: *quasi pro possessore possidet: & sic peti* &c. Pro quo Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 6. *p.* 57. legi vult: *quasi pro possessore possiderEt*, id est, *possidere, & sic peti* &c. Additur: *Nemo enim praedo est, qui pretium numerauit.* Sic quoque scriptum in *L.* 126. *de reg. jur.* ad quam vid. notata.

§. 9.

Item si quis a fisco &c.] Haec genuina. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 270. *seq.*

Utilem *actionem adversus eum dari.*] Vid. §. *praec.*

§. 10.

Apud Marcellum Lib. IV. *Digestorum relatum est*, &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 271.

Sed petitione hereditatis utili *teneri*,] Vid. §. 4. *h. l.*

Sed & ipsam mulierem directa (1) *teneri*, &c.] Facit huc *L.* 16. §. 5. *h. t.*

(1)

(1) Quoniam ob actionem, quae ipsi ad repetitionem competit, aut competitura est, jus hereditarium possidere videtur. Pothier. *in not. ad h. l.* Τὸ *maxime*, quod sequitur, hoc loco accipiendum esse pro *utique*, *ita demum*, observat Finestr. & de Monzalv. *de Jure dotium*, IV. 25.

§. 11.

Heredem autem etiam earum rerum nomine, &c.] Haec contra Fabrum defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 271. *seq.* Cujacius, *Obs.* IX. 25. capit de *testamentario*, cui a *Legitimo* movetur quaestio. Aliter Huber. *d. loc.* (1). Dubito, num pejus, an melius.

Quamvis (2) *etiam earum rerum nomine, quas* &c.] *L.* 19. *h. t.* Hoc autem non facit, quo minus & de prioribus teneatur, & distinctio haec obtinet tantum, cum de aliena, non cum de ipsius testatoris hereditate agitur.

(1) Qui Legem accipit de *herede putativo*, qui convenitur a *vero herede*. *Heredem*, id est *possessorem hereditatis*, dicit Pothier. *in not. ad. h. l.* Potius *heredem*, scil. possessoris.
(2) Τὸ *quamvis* hic habere sensum adversativum, notat Pothier. *d. loc.* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 35. *seq.* illud quoque habet pro mala e Graeco versione.

§. 12.

Tunc (1) *enim suo nomine teneri potest.*] *L.* 11. §. 1. *h. t.*

(1) Pro *nisi forte quis dixit*, quod in Lege praecedit, omnes editos & scriptos Codices habere *dixerit*: & pro *cum ratum non habet* Vulg. legere *non habeat*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Non tamen putem a Florentina recedendum: nam Modum Indicativum post particulam *nisi* etiam alibi poni, docet Cortius, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 20. §. 6. &

post *cum* in hac significatione saepius apud Nostros Indicativum sequi, supra jam notavi ad *L.* 3. *de Just. & Jur. not.* 2.

§. 13.

Et Celsus Lib. IV. *Digestorum scribit*,] Vid. *L.* 45. *h. t.* (1).

(1) Conf. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Multa dixi* &c. item Brencman. *Disp. de Legum Inscription.* §. 11. in *Jurispr. Restit.* Wieling. *p.* 157. & *de Euremat. Cap.* 12. §. 6. *p.* 255. *seq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 565. *p.* 525. *seq.* ubi etiam notat Turin. *Diss. de ficto possessore*, qui putabat, verba *Marcellus apud Julianum probat* non *de Notis Marcelli ad Julianum*, sed de Marcelli *Digestis* esse accipienda.

§. 14.

Ne forte evanescit *adversus eum*,] Al. *evanescat.* (1) *Sed si is, qui dolo desiit* (2), *ante conveniatur, eum, qui possidet, non liberabit.*] Poenam enim tantum solvit. *L.* 95. §. 9. *de solution. L.* 7. *de reivind.* add. Huber. *Eun. Rom. p.* 272. *seq.* (3).

(1) Hal. *num forte evanescat*, & in margine *ne forte* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, se *ne forte* in IV. MSS. reperisse, in uno *an* recentius super *ne*.

(2) Vulg. addit *possidere.* Vid. Brencm. *d. loc.* Sed etiam in antecedentibus Ulpianus dixit *desiit* pro *possidere desiit*, ubi tamen Gothofredum, & recentiores quoque addere *possidere*, notat Brencm. *d. l.*

(3) Et *in Praelect. ad h. t. Pand.* §. 7. Vid. & Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Superiori casui* &c. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XVII. §. 3. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc. tit.* §. 565. *p.* 530. *seqq.* qui etiam alios citat.

§. 15.

§. 15.

Item a debitore hereditario, &c.] Vid. *L.* 42. *h. t.* (1)

(1) Quo loco Ulpianum illustrare, quod obscurius ab ipso dictum est in hac *L.* 13. §. 15. observat Brencm. *Disp. de Legum Inscript. modo cit.* §. 9. *in fin. p.* 156. add. de hoc §. & seq. *L.* 14. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edictum*, *in expl. d. L.* 14.

L. XVI.

Quod si in diem sit debitor, &c.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *A corporibus hereditariis* &c.

§. 2.

Qui petit *hereditatem*,] Pro *petiit* (1), scil. ab aliis; & sic Basil. [*Tom.* V. *p.* 545.]

(1) Sic etiam Rucker. *Observ. Cap.* 3. §. 5. add. notata superius *ad L.* 3. *de his qui not. infam.* Pari modo scriptum *in L.* 40. *pr. h. t.* Verbo tantum de hoc §. egit Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. Digestor. in expl. L.* 54. *h. t.*


§. 4.

Quia habet interdictum unde vi, *quo victus cedere debet.*] *L.* 40. §. 2. *h. t.*

Quia (1) *res hereditarias pro possessore possidet.*] *L.* 11. §. 1. *h. t.*

(1) Pro *qui dejecit*, quod praecedit, Vulg. habet *qui vi dejecit.* Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 7. *num.* 1. legit *qUI*, id est, *qui vi* &c. Non putem necesse, cum τὸ *vi*, si opus, facile ex praecedentibus subaudiri possit.

G 2 §. 7.



§. 7.

Sed his casibus actiones suas duntaxat eum praestatu-tum (1):] Per *L.* 51. *de pecul.*

Et potest petitor &c.] Illud *et* forte delendum (2).

(1) Sic etiam alibi scriptum. Vid. notata superius ad *L.* 2. *de feriis*, *not.* 3.

(2) Apud Hal. sequens *etiam* abest.

L. XVII.

Evicta hereditate Legata reddi,] Add. *L.* 9. *Cod. de Legat.*

Quo adhuc nulla controversia *mota* (1) *sit*,] *L.* 25. §. 7. *h. t.*

(1) Vulg. *nata.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XVIII.

Item videndum &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom.* *p.* 274. *seq.*

Venditione per argentarium (1) *facta*,] *L.* 88. *de Solution.* Matth. *de Auction.* I. 2. *num.* 7.

Mihi autem in eo, qui mala fide possedit, &c.] Similis distinctio *L.* 40. *pr. h. t.* add. Matth. *d. loc.* I. 15. *num.* 13. *seq.*

(1) De argentariis vid. notata superius ad *L.* 4. *pr. de edend.* — De constructione τοῦ *licet* cum Indicativo, in seq. §. 1., dixi ad *L.* 31. *de Legib. not.* 2.

§. 2.

Et (1) *placuit universas* res hereditarias *in hoc Judicium venire* &c.] Quas defunctus mortis tempore reliquit, vel

vel ea, quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea acquisita sunt. Paul. *in Sent.* I. 13. §. 1.

(1) Pro *quae veniant in hereditatis petitione*, quod praecedit, Vulg. habet *petitionem*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3. *seq.*

L. XIX.

Quorum tamen periculum ad heredem pertinet:] *Ex culpa* scil. add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*

Etiam specialis petitio est,] *Hypothecaria actione* scil. (1).

Ut & hereditatis petitione contineatur:] Stricto jure.

(1) Conf. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edictum, in expl. h. l.* De verbis, quae sequuntur, *nulla sit facile actio*, vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Quia heres, id est, *petitor*,] *Idemque* Vulg. (1).

Nec ulla exceptio (2) *datur possessori.*] De qua *L.* 49. *Vs. Petitor &c. h. t.* Non enim est res hereditaria. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. pr. h. l.*

(1) Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotidian.* III. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 221. *Idemque* habet quoque Hal. Vid. de harum vocum permutatione Duker. *ad Flor.* IV. 2. §. 15.

(2) Sic Flor. scriptum legitur, & in aliis etiam editt. Graeci quoque vertunt: καὶ οὐ δίδοται παραγραφὴ κ. τ. λ. Vitiose hic locus editus est in *Pand. Justin. Pothierii*, *hoc tit. num.* 24.

§. 2.

Imo & si possessor sua culpa *eas amiserit*,] Mota jam controversia, ne obstet *L.* 41. *pr. in fin. h. t.*

Licet hic propter culpam *non teneatur:*] Sed semper sit *in dolo.* Gloss. *h.* (1).

Quia nec hic debet has res retinere:] Ut bon. fid. possessor.

(1) Add. Cujac. *loc. modo cit. in expl. h.* §.

§. 3.

Servitutes in restitutionem hereditatis non venire, &c.] Vital. *Lection. Variar.* II. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 660.] putat tamen, eas in hanc actionem venire: quod non placet (1).

(1) Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc. tit.* §. 566. *p.* 538. *seqq.* qui etiam alios citat. Egit de hoc loco quoque Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 28. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 628. *seq.*

L. XX. (1).

(1) Ad hujus Legis *pr.* & §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Superioribus* &c. add. Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. Digestor.*

§. 2.

Simili modo, *& si fundum hereditarium distraxit* (1),] Malae fidei possessor. Vid. §. 12. *h. l.*

(1) D. Goth. *in not. distraxerit.* Ita etiam Taurellium habere in margine, & jam olim sic esse mutatum, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

§. 3.

Fructus autem omnes hereditatem, &c.] Eleganter Fab. *Cod.* VII. 18. *Def.* 64. *num.* 12. *seqq.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Similis observatio* &c.

§. 4.

Et Julianus Lib. VI. *Digestorum scribit*, *simplum soluturum.*] Quia hic spectatur non origo actionis, sed hereditatis petitio. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *A corporibus hereditariis* &c. (1) Non obstat *L.* 55. *h. t.* In his valde laborat Franc. Marf. Gordon. *Praetermiss. Jur. Civ. Cap. ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 888. *seq.*]

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. Digest. in expl. h.* §. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 5. §. 25. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 156. Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de inoffic. testam.* §. 539. *p.* 550. *seq.*

§. 5.

Quia tamdiu quis habet noxae dedendae (1) *facultatem, quamdiu judicati conveniatur* (2):] Locus singularis, juxta Gloss. *h.*

(1) Vulg. *noxae dedendi.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(1) Al. *non conveniatur.* Vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1439. & Jauch. *de Negat. Pand.* p. 18. Male. *Quamdiu* hic denotat *quoad*, *donec*, cet. add. Ant. Fab. *in Ratian. ad h. l.* & Graecos Interpp. *in Basilic. Tom.* V. *p.* 548.

§. 6.

Pridie Idus Martias] Videtur vero *Nonis* esse oratio ha-

habita, & *pridie Idus* factum SCtum, & inde factum, ut Consules utrique memorarentur: dum utrique Ordinarii primum, dein Suffecti rem retulerunt ad Senatum (1).

Quintus Julius &c.] *Quod Quintus* &c. Pithoeus, *Adversar.* II. 15. & mox *Titus* (2) *Aufidius.*

Titius Aufidius, Oenus Severianus] Hos fuisse Suffectos, & mihi est probabile. Dissentit Wesseling. *Obs.* II. 21. (3). Sed cui posset etiam aliquid regeri, *Hoenius Severus*, Rupert. (4).

Consules] A. V. C. DCCCLXXXII. Christi, CXXIX.

Verba fecerunt de his, quae Imp. &c. (5) *proposuit*] Quorum pars exstat *L.* 22. & *L.* 40. *h. t.*

Cum antequam partes caducae, ex bonis Rustici (6), *fisco* (7) *peterentur*,] *Utili* hereditatis petitione, quae tamen non obtinet circa ablata indignis. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *Error.* 9. *num.* 8. *seq.*

Item eos, qui bona invasissent, &c.] Hanc Clausulam suggestioni Celsi deberi, putat Brencm. *de Eurematic. Cap.* 12. §. 6. *num.* 2.

Proinde condemnandos, quasi possiderent:] Et quidem *directa* (8) actione. add. de fructibus *L.* 25. §. 4. *h. t.*

(1) Quatuor Consules hic memorari, duos Ordinarios, duos Suffectos, putant quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Multa dixi* &c. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXII. §. 4. Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculian. Cap.* 3. §. 7. *num.* 1. Pothier. *in not. ad h. l.* H. Cannegieter. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exstant in Coll. LL. Mos. & Rom.* p. 240. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 2. §. 3. Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de inoffic. testam.* §. 538. *not.* 45. *p.* 543.

(2) *Titus* etiam Hal.

(3) Qui putat, duos tantum memorari Consules, nempe *Q. Julium Balbum*, & *P. Juventium Celsum*, sed qui etiam appellatus fuisset *Titius Aufidius Oenus Severianus.* Wesselingio adsentitur Heinecc. *in Exc.*

de SCto Hadriani temporibus facto, quod exstat in L. 20. §. 6. de hered. petit. Opusc. Postum. p. 453. *seq.* Tres Consules hic memorari, mavult Burman. *de Vectig. Pop. Rom. Cap. 6. p.* 86. nempe *P. Juventium Celsum, Q. Julium Balbum, & T. Aufidium Oenum Severianum.*

(4) *Ad Enchiridion Pompon. Cap.* 12. *Sect.* 4. Hal. *et Arrius Severianus*, alias Lectiones in margine adjiciens. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Arrius* mavult quoque Almeloveen. *in Fast. Consular. p.* 135. & Gluck. *loc. modo cit.* Ceterum, praeter Heineccium, *loc. modo laud.* hoc SCtum etiam exposuere Noodt. *Comm. ad h. t. Pand.* & quem citat Stockman. *ad loc. Bach. cit.* Dider. Meierus, *Diss. de Hereditate, ejusque petitione, ac restitutione, ad SCtum Juventianum, seu Hadrianeum.* Marb. Cattor. 1771. 4.

(5) De Hadriani titulis vid. Heinecc. *ad Prooem. Edict. Perpet. loc. modo laud. p.* 296. *seq.* Pro *maximusque Princeps proposuit* Pithoeus, *Subseciv. Cap.* 15. §. 2. *Tom.* II. *Fac. Crit. p.* 797. legit *Pontifex Maximus, Pater Patriae.* Sed Vid. Jos. Fernand. de Retes, *ad tit. de interd. & relegat. Lib.* II. in Thes. Jur. Otton. *Tom.* V. *p.* 1238. & H. Cannegieter. *loc. modo cit. p.* 335. *seq.*

(6) Quis ille *Rusticus* fuerit, docet Heinecc. *d. Excurs.* §. 5. *p.* 455. *seqq.*

(7) *Fiscum* pro *aerario* Tribonianum reposuisse, putat Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp.* III. 5. *p.* 401. *seq.* probante Bachio, *in Trajan. p.* 47. Sed vid. Puttman. *Interpr. Cap.* 36. cui adsentitur Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 17. §. 2. Paulo aliter Schulting. *ad d. loc. Ulpian. not.* 11. in *Jurispr. Antejustin. p.* 617.

(8) Ad edit. in 4to addidit: „ Ex verbis SCti. Secus in *reivindicatione*, *L.* 27. §. 3. *de reivind.* Haec enim tantum est ex interpretatione. Wissenbach. *Disp. ad Pand. hoc tit.* §. 18." — In seq. §. 7. verbis *idem & si vacantia* &c. Cujacius, *Obs.* XVIII. 14. τὸ *idem* mutat in *id est.* Sed Cujacio contradixit Ant. Fab. *Conject.* III. 16. Nihil quoque mutat, quamvis rem paulo aliter explicet, Franc.

Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap. Lib.* IV. *Reliq.* 36. §. 19. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 512. *seq.* — De seq. §. 9. vid. & Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXIII. §. 6. — De §. 10. egit quoque Branchu, *Obs. Cap.* 6. *p.* 58. — In §. 11. Hal., omissis *id est ex*, ita habet: *quo quisque primum sciret eam a se peti.* Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Egit de hoc §. quoque Bynkersh. *Obs.* VIII. 12. & de verbo *certiorare* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 392. *seq.* & Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 110. *p.* 181.

§. 12.

Post motam controversiam.] Vid. §. 16. *h. l.* (1).

(1) Epistolam Imp. Severi ad Celerem, cujus mentio hic fit, exstare in *L.* 1. *Cod. de his quib. ut indign.* observavit Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 26. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1147. Pothier. *in not. ad h. l.* pro *ut sit in arbitrio petitoris* &c. legit cum alternatione: *vel, ut sit* &c. Al. *aut sit in arbitrio* &c. Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 568. *seq. p.* 565. Forte hoc in casu aliquid interesse inter fructus & usuras, dicit Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Satis dictum* &c.

§. 13.

Vel (1) *alios successores justos,*] Ut in castrensi peculio. Gloss. Cujacius vero, *ad Nov.* 1. *p.* 531. refert ad eos, qui omissa caussa testamenti ab intestato possident.

(1) Τὰ *bonorum possessores* in verbis, quae praecedunt, Graecos vertere *bonos possessores*, eamque lectionem non temere rejiciendam, notat. Leunclav. *Notat.* I. 23. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508. Vid. & D. Goth. *in not.*

§. 14.

Si possessor *hereditatis pecuniam* &c.] Etiam *malae fidei*, per *L.* 62. *de reivind.* Ita Joannes, Glossator, & Graecus Scholiastes (1).

(1) Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 570. *not.* 28. *p.* 570. Cujacius *ad Lib.* III. *Papinian. Quaestion.* pro *Libro tertio* hic legendum putat *Libro sexto*, & hanc quaestionem ait se Libro sexto reservare; ubi eum vid. in *expl. L.* 62. *de reivindic.*

§. 16.

Hic ipsae res venient,] §. 12. *h. l.*

Fortassis] Verbum modeste adfirmantis. Huber. *Eun. Rom. p.* 275. (1).

(1) Verba *vero pretio*, quae in Lege praecedunt, apud Hal. abesse, Graecos tamen quoque habere τῷν πραθέντων δικαίῳ τιμήματι, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 18.

Non videbitur ad eum pervenisse (1).] *L.* 71. *pr. de V. S.*

Nam & Julianus Lib. VI. *Dig. scribit*, *quod indebitum exegit*, &c.] Add. Huber. *Eun. Rom. p.* 276. (2).

(1) Sequitur: *nec ab initio pretium venire.* Quod malam e Graeco versionem putat Jens. *Strict. ad Pand. p.* 36. Perperam.

(2) Vid. & Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. Dig. in expl. h. l.* Labitt. *in usu Indic.* §. 9. in *Jurispr. Restit.* Wieling. *p.* 88. *seq.* Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin. — In seq. §. 19. pro *hic utique et hereditaria est* Vulg. habet *haec utique* &c. & apud Hal. *et* abest. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 21.

§. 21.

Sed utrum ita demum restituat, si bonae fidei possessor est, &c.] Ut nempe sufficiat restitutio sola. Vid. ad hunc §. Huber. *Eun. Rom. p.* 276. *seq.*

Et (1) *deminutae*] Vid. *L. seq.* Gloss. capit de re immobili: nam res mobilis incideret in vitium furti, nec posset usucapi.

Verum pretium debet praestari:] Non id, quo sunt venditae, si minoris vendidit (2).

(1) Hal. *aut*, Basil. ἢ. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Vel* legi quoque vult Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 36. qui praeterea pro *distraxisset*, & *verum pretium* &c. legit & *distraxisset*, *verum pretium* &c.

(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* — In seq. *L.* 21. pro *quod usucaptum esset* Hal. habet *est*, quoniam sequitur *exiit*. Sed ejusmodi Modorum transitus apud Nostros frequens est. Vid. notata superius ad *L.* 14. *de Offic. Praesid. not.* 5. & ad *L.* 35. *de dol. mal.* De scriptura verbi *intellegitur* dixi ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

L. XXII.

Si & rem & pretium habeat bonae fidei possessor &c.] Contra censuram Autumni hanc Legem defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 277. *seq.* Vid. & de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Illud quale*, &c.

Puta quod eandem rem emerit,] D. Gothofred. *in not.* „ Al. *redemerit*. Gr. ἀνταγοράσας (1)." Scil. minoris, quam vendidit. *Redemerit*, etiam Leonin. *Emend.* V. 10. §. 1.

Oportet igitur possessorem & rem restituere petitori, & quod ex venditione ejus rei lucratus est.] Puta, vendidit 100. aureis, redemit pro 50., nunc restituit & rem & 50. Cujac. *ad Lib. XX. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

(1) Vid. Leunclav. *Notat.* I. 23. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508. & ita jam pridem mutatum fuisse pro *rem emerit*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. eamque lectionem probat quoque Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 568. *seq. not.* 92. *p.* 562. De verbis *quod inverecundum sit* &c. vid. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 56.

L. XXIII.

Et puto, sequentem (1) *clausulam SCti, etsi* haec *sit ambigua*, &c.] Prima scil. (2).

(1) Quam varie hic locus in editt. & MSS. legatur, docet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* II. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 779. pro *sequentem* reponit *sequendam*: & pro *pervenisse*, in verbis *& verbum quidem pervenisse ambiguum est*, substituit *pervenissent*. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* VI. §. *ult.* legi mavult, *& puto sequentem clausulam SCti sequendam*: & pro *computet* in seqq. verbis legit *competat*. J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 10. *p.* 111. mavult: *& puto sequendam clausulam SCti* &c.

(2) Ad edit. in 4to addidit: „Haec enim ambigua est. Conf. *L.* 20. §. 6. Vs. *Item placere &c. h. t.*" Videtur adeo vox *sequentem*, qua respicitur ad sequentem clausulam SCti in *d. L.* 20. §. 6. *Eos autem, qui justas caussas* &c. omnino retinenda, & forte scriptum fuit: *& puto sequendam sequentem clausulam SCti* &c. ut etiam in Cod. quodam legitur. Vid. Brencm. *d. loc.* Vox *sequendam* ob similitudinem τοῦ *sequentem* facile excidere potuit. Neque pro *computet* reponendum *competat*: sensus enim est: ut ita demum computet, scil. pretium; seu, ut tum demum pretium restituat possessor, si factus est locupletior: adeoque continent haec verba interpretationem ejus, quod dixerat Ulpianus: *& puto sequendam sequentem clausulam SCti.* — De seq. §. 1. vid. Jac. Gothofred. ad *L.* 46. *de reg. Jur.* Conjungendum hunc §. esse cum seq. *L.* 25. notat Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Illud quale* &c. circa fin.

L. XXIV.

At ubi vi dejectus fuit, non debet restituere poenam &c.] Obstat *L.* 16. §. 4. *L.* 55. *h. t.* Respondet Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* poenam hanc tantum personam respicere (1). add. Scholiast. Basilic. *Tom.* V. *p.* 617. Nota *L.* 20. §. 3. Vs. *Si extrinsecus. h. t.*

(1) Conf. Jac. Gothofred. *ad L.* 46. *de reg. Jur.* & Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 3. §. 22. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 119.

L. XXV.

Sed & si Lege Commissoria vendidit, &c.] *L.* 6. *pr. de L. commissor.* Defendit hoc *pr.* adversus censuras Autumni & Groenewegii Huber. *Eun. Rom. p.* 279. *seq.*

§. 1.

Sed si res minoris valet, quam comparata est,] *Minoris quam valet*, Huber. *Eun. Rom. d. loc.* infeliciter, & contra priora. Casus est: possessor rem vendidit 100., hisce 100. emit rem dignam 60., eatenus tantum est locupletior (1).

(1) Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Jensius, *in Strictur. ad. Pand. p.* 37. putat excidisse *quae* post τὸ *quam.*

§. 2.

Quod ait Senatus, eos &c. *ita intelligendum est* &c.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Praeterea ait Senatus* &c. (1).

(1) Ad seq. §. 3. vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 206. *p.* 381. — Ad §. 4. Bynkershoek. *Obs.* VIII.

VIII. 12. & ad §. 5. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Tertium SCti caput* &c. Pro *apiscendae possessionis* Hal. & Vulg. habent *adipiscendae possessionis*, & pro *praedonio more* legunt *praedonis more.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed *apisci* pro *adipisci* etiam Cicero & alii dixerunt. Vid. notata superius ad *L.* 7. §. 18. *de pactis*, & *ad L.* 6. *de in int. restit. not.* 2. add. Interpp. *ad Liv.* IV. 3. §. 7. & Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XXIII. §. 6. An autem vox *praedonius* etiam alibi occurrat, mihi non apparuit.

§. 6.

Et non puto hunc esse praedonem, qui dolo caret, quamvis in jure erret.] Non tamen est bonae fidei possessor. Bachov. *Adv. Fab. de Errorib. Pragm. Dec.* 87. *Error.* 1. in fin. (1).

(1) Add. Branchu, *in Addendis ad Obs. Dec.* I. *Cap.* 3. *p.* 229. Egerunt etiam hac de re Lyclam. *in Membran.* VI. 15. & Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XXXIII. §. 14.

§. 7.

Hoc ideo adjectum, quoniam post litem contestatam omnes incipiunt malae fidei possessores esse: quin imo post controversiam motam.] Senec. *Epist.* 13. haec conjungit: *res in controversia est, & litem contestatam habemus.* Cicer. *in Verrem*, *Lib.* II. *Cap.* 23. distinguit *aditionem in jus* a *controversia facta.* add. Cujac. *Obs.* IX. 21.

Et quasi praedones tenentur.] Vid. tamen *L.* 40. *h. t.* (1).

(1) An post litem contestatam bona fides possessoris semper mutetur in malam, & de concilianda hac Lege cum *L.* 36. §. 4. *eod.* late egit Bynkersh. *Obs.* VIII. 12. Vid. & Lud. Charond. Πιθανῶν, I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 701. Huber. *in Praelect.* *ad*

ad h. t. Pand. §. 15. *seq.* Noodt. *ad eund. tit.* Vs. *Praeterea ait Senatus* &c. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XVII. §. 7. Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 20. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXIII. §. *ult.* Leyser. *Medit. ad Pand. Specim.* 94. *Medit.* 3. Theod. Jo. Alexand. Pagenstecher. *Specim. de violentis emendat. in Jur. Civ. non admittend. Cap.* 3. *p.* 88. *seq.* Harderv. 1776. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit.* §. 567. *p.* 545. *seqq.* & *tit. de Judic.* §. 503. *p.* 200. *seq.* qui etiam alios citat.

§. 8.

Sive dolo possessionem noluerit admittere.] Ut *L.* 1. §. 12. *si quis omiss. causs. testam.* Vid. Gloss. *h.* (1).

(1) Alia exempla habet Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Satis dictum* &c. — In seq. §. 9. pro *ambo teneri* Hal. habet *ambos*: imo etiam Flor., quamvis recenter, *s* adjecta. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui tamen recte *ambo* defendit. add. notata superius ad *L.* 16. *de statu homin.* & Cortium, *ad Ciceron. Epist. ad Divers. Lib.* III. *Ep.* 5. §. 5.

§. 11.

Consuluit Senatus &c.] Frustra haec carpit Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 281.

Ne in totum *damno adficiantur*,] Id est, ne *ullo modo* &c.

Quamvis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligaverunt (1).] Vid. Donell. *Comm. Jur. Civ.* XII. 2. (2) & Fabrot. *ad Cujac. Parat. ad tit. Cod. de condict. ob causs. dator.* in fin. Salvian. *Adv. Avaritiam*, IV. *p.* 265. Fructum hunc quoque beneficii praeter alios fructus agnoscit Senec. *de Benefic.* II. 33.

(1) Post *quamvis* etiam alibi *Indicativus* sequitur. Vid. notata inferius ad *L.* 11. §. 5. *ad L. Aquil.*

(2) Add. Noodt. *Probab. Jur. Civ.* I. 7. §. 3. & Leyser.

ser. *Medit. ad Pand. Specim.* 434. *Medit.* 10. — Ad seq. §. 12. vid. Petr. Martres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 726. *Si eam non attingit.* D. Goth. *in not. attigit.* Sic etiam Taurellium in margine habere, & Literam *n* antiquitus deletam esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hal. & Vulg. *attingat.* Vid. Brencm. *d. loc.*

§. 13.

Quasi dives se deceperit.] Non video hic Graecae constructionis vestigia, ut vult Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1279.] An post *dives* ponendum comma? (1).

(1) Hal. & Vulg. *dives esse coeperit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 14.

Quod est difficile, cum ipse sit obligatus.] Nec enim res oppignorata, quippe aliena, nec hereditas obligatur. Cujac. *ad Lib.* XX. *Papinian. Quaest. in expl. L.* 3. *de pignorib.* (1).

(1) Add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l. Quod est difficile* hic significare *quod est negandum*, monet Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 568. *seq. not.* 83. *p.* 560.

§. 15.

Adeo quidem qui locupletior factus non est, &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 281. *seq.* (1).

Tribus visionibus (2) *relatis*,] Vid. Ant. Augustin. *Emend.* II. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1471.] LL. Wisigothor. II. 1. 6. Lindenbr. *Gloss. ad Cod. LL. Antiq.*

(1) In seqq. verbis Legis *num non teneatur* τὸ *non* apud Hal. & Vulg. abesse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. & Ant. Augustin. *loc. cit.* & Jauch. *de Negat. Pand. p.* 140. Simile loquendi genus occurrit in *L.* 52. §. 1. *ad L. Aquil.* ad quam vid. notata.

(2) Al. *divisionibus*, vel etiam aliter. Vid. Ant. Augustin. *d. loc.* qui solam Florentinam rectam dicit. A manu tamen Triboniani τὸ *visionibus* profectum esse, putat Cujac. *Obs.* XXI. 26. Wissenbach. *in Emblem. Tribonian. p.* 28. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 109. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 256. & Tertullianum, *de Anima*, *Cap.* 3. hac voce usum esse, notat Walch. *ad Eckhard. d. loc.* §. 110. *p.* 181. Exstare hanc vocem in LL. Wisigothicis notavit quoque Grotius, *in Flor. Spars. p.* 138. add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. si pars hered. petat.* §. 572. *not.* 20. *p.* 12.

§. 16.

Quod autem quis ex hereditate erogavit, &c.] Contra Fabrum hunc §. vindicat Huber. *Eun. Rom. p.* 283. *seq.* (1).

Nec pretium in corpus patrimonii Pythodori redisse:] Al. *redisset* (2).

(1) Add. de hoc §. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 568. *seq. p.* 559. *seq.* In seqq. verbis Legis pro *an aliquid et patrimonio ejus* Vulg. habet *ex patrimonio:* male, cum illud *patrimonio* regatur a verbo praecedente *expensum feratur*, ut notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Porro, pro *non minuendi fideicommissi*, *nec* &c. Hal. habet *fideicommissi gratia*, *cum nec* &c. Vulg. *fideicommissi caussa*, *cum nec* &c. Vid. Brencm. *d. loc.* qui rursus Florentinam recte defendit, observans, Graecum dicendi genus esse, ubi saepe ἕνεκα omittitur. add. Pothier. *in not. ad h. l.* & Duker. *ad Liv.* III. 56. §. 4.

(2)

(2) Vid. Ant. Augustin. *Emend.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1465. Hal. & Vulg. *rediisset*, deleto sequente *et.* Vid. Brencm. *d. loc.* — Pauca ad postremam partem seq. §. 17. notavit Cujac. *ad Lib.* IV. *Julian. Digestor.* Sed pluribus de hoc §. egit. Ant. Fab. *in Ration.* Pro *et puto posse* &c. *nisi emtores* &c. Al. habent *licet emtores* &c. ut Hal. in margine notavit. Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Faber, *d. loc.* pro *nisi* reponit *etsi.* Jensius, *Strictur. ad Pand. p.* 38. malam e Graeco versionem dicit. Quid, si *nisi* accipiamus pro *sed*, ut etiam alibi fit. Vid. Voorda, *Elector. Cap.* 10. *p.* 117. *seq.* & Drakenborch. *ad Liv.* XXIV. 20. §. 10.

§. 18.

Petitio hereditatis, etsi in rem (1) *actio sit,*] *L.* 27. §. 3. *de reivind.*

(1) Sitne hereditatis petitio mera actio in rem, an vero origine mixta actio, non est hujus loci pluribus disputare. *Mixtam* esse censet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XVII. §. 2. qui etiam alios ab utraque parte auctores citavit. add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc. tit.* §. 564. *p.* 513. *seq.* Cum Schultingio facit quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Reliquum est*, &c. putans, *mixtam* hanc actionem factam interpretatione Prudentum ex mente SCti in *L.* 20. §. 6. *h. t.* — Ad seq. §. 19. vid. Pothier. *in not. ad h. l.* & ad seq. *L.* 26. vid. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict.*

L. XXVII. (1).

(1) Quare partus ancillae non sit in fructu, pluribus disputarunt, quos citavi inferius ad *L.* 68. *pr. de usufr. & quemadm.* &c.

§. 1.

Nam & in multorum honestorum virorum praediis Lu-

panaria exercentur.] Vid. Merill. *Obs.* II. 12. & Langl. *Semestr.* VIII. 8. (1).

Honestorum] Ratione munerum & honorum, non morum. Huber. *Eun. Rom. p.* 284. *seq.* (2).

(1) Add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* III. 13. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 311. *seq.* Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermog. Jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 429. *seq.* Schroder. *Obs. Jur. Civ.* II. 15. *p.* 199. *seq.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 566. *p.* 537. *seq.*

(2) Add. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 55. *p.* 266. — Ad seq. *L.* 28. vid. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XXX.

Vel nomina cum eorum cessione in id facienda,] Facit huc *L.* 51. *de pecul.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Voet. *ad h. t. Pand.* §. 15. *in fin.*

L. XXXI.

Si caverit, se petitorem defensum iri.] Dele *se*, vel lege *a se* (1).

(1) Sic etiam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hal. *defensurum.* Vulg. *defensum ire.* Quid utilitatis haec cautio adferat, docet Pothier. *in not. ad h. l.* De hujus Legis *pr.* & §. *ult.* verbo tantum egit Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. Dig. in expl. L.* 20. §. 18. *h. t.* — Ad seq. *L.* 32. vid. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* Ad vocem *liberti* Hal. in margine notavit: *in aliis deest.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, Florentinam tamen Basilic. tueri.

L. XXXIII.

L. XXXIII.

§. 1.

Si hominem possessor *distraxerit*,] *Malae fidei. L.* 20. §. 12. *L.* 31. *pr. h. t.* (1).

(1) Add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* — Ad seq. *L.* 34. vid. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* qui putat, ultima Legis verba *quasi a Juris possessore* ex seq. Lege irrepsisse. Vid. Idem, *Obs.* XIII. 8. & Pothier. *in not. ad h. l.* Nec repugnat Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Sed Nic. Catharin. *Conj.* II. 17. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 780. legit *quasi a pretii possessore*, & addit, Mercerium emendare *quasi a rerum possessore*.

L. XXXVI. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict.* Verba *idem dicendum Mauricianus ait* Versum continere, notat Scip. Gentil. *Parerg.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1350. add. notata superius ad *L.* 28. §. 3. *de Judic.* Pro *Mauricianus* Hal. & Vulg. habent *Marcianus*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed ad Julianum non Marcianus notas scripsit, sed Mauricianus: quarum notarum, praeterquam hoc in loco, mentio quoque fit in *L.* 7. §. 2. *de pact.* & *L.* 25. §. 1. *de usufr.*, monente Cujacio, *d. loc.* Permutantur haec nomina etiam alibi. Vid. notata inferius ad *L.* 35. §. 1. *de reivindic.* — De verbo *praestavit*, quod in fin. §. 1. occurrit, vid. notata superius ad *L.* 19. §. 4. *de negot. gest.* add. Bynkersh. *Obs.* VIII. 2. & Henr. van Alphen, *Diss. de Javoleno Prisco*, *Cap.* 3. §. 5. in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 39. Taurellium edidisse *praestabit*, Hal. *se praebuit*, sed MSS. ut plurimum habere *praestavit*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. addens levi mutatione legi posse *praestabat*, quamvis fateatur, hanc Praeteriti anomaliam etiam in aliis Pand. locis occurrere.

§. 2.

Si possessor &c.] Malae fidei (1).

(1) Secundum Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* etiam bonae fidei possessor. add. de hoc §. citatos superius ad *L.* 20. §. 4. *h. t.*

§. 3.

Si praedo dolo desisset (1) *possidere*,] Rem, quam nimio pretio vendidit, per seqq. (2).

(1) Hal. *desierit*. *Desisset* pro *desiisset* pari modo scribitur ac *petit* pro *petiit*, &c. de quo dixi supra ad *L.* 16. §. 2. *h. t.* Similiter *adisset* Flor. scriptum in *L.* 22. *pr. de inoffic. testam.* & *redisse* in *L.* 25. §. 16. *h. t.*
(2) Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Quo tempore locupletior &c.] Jung. *L.* 4. *de exception.* (1).

Sed magis est, rei judicatae tempus spectandum.] In eo, qui habuit justam litigandi caussam (2), per *L.* 40. *h. t.* Hilleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* XIX. 14. *Lit. n.* Cujacius vero, *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* id deducit ex natura bonae fidei judiciorum, ex qua Judex potest rationem habere eorum, quae usque ad sententiam eveniunt. Vid. & de hac Lege Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 15. *seqq.* Ratio dubitandi, quia lite contestata est quasi praedo. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Illud lubet* &c. & Bynkersh. *Obs.* VIII. 12. (3).

(1) Vid. Merill. *Obs.* VII. 30.
(2) Pothierio, *in not. ad h. l.* haec distinctio non videtur necessaria.
(3) Add. citatos superius ad *L.* 25. §. 7. *h. t.* — In seq.

§. 5.

§. 5. pro *cogendorum* Vulg. habet *colligendorum*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed *cogere fructus* pro *colligere* dixit quoque Ulpian. in *L.* 8. §. 11. *de inoffic. testam.* & Paul. *in Sent.* III. 4. §. 36. ubi vid. Schulting. alia etiam loca habet Brisson. *de V. S.* voc. *cogere*, *num.* 2. — In seq. *L.* 37. pro *fecit* — *perceperit* Hal. nescio qua de caussa, habet *fecerit* — *percepit*. Florentina retinenda, & ejusmodi Modorum transitus apud Nostros frequens. Simile exemplum est in *L.* 35. *de dol. mal.* ubi vid. notata.

L. XXXVIII.

Nam (1) *nec exceptio doli mali desideratur.*] Qua malae fidei possessor non posset uti: sed officio Judicis hoc potest fieri. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *Error.* 8. *num.* 26. *seqq.* (2).

Plane potest in eo differentia esse, &c. (3)] Frustra haec Triboniano adscribit Ant. Faber. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 285.

(1) Apud Hal. *nam* abest.

(2) Add. Des. Herald. *de Rer. Judic. auctorit.* II. 23. §. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1271. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 18. *seq.* Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 1. §. 4. *not.* 41. *p.* 80. Minus bene Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *Obs.* X. 1.

(3) Sequitur: *ut* — *deducet.* Taurell. edidit *deducEt.* Hal. & Vulg. *deducat.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed pari modo *ut* — *producemus* Flor. scriptum est in *L.* 25. *de Legib.* ubi vid. notata. — De voce *novelleta* in seq. *L.* 39. *pr.* vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 92. Scriptos & editos Codd. omnes habere *novale*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Graeci in Basil. ἐπὶ φυτείᾳ, *in plantationem:* qui porro, notante etiam Brencmanno, verba seqq. *aut cum servorum gratia litis aestimatio solvitur*, vertunt: ἢ ὅτε

ἐπὶ πταίσματι τῶν οἰκετῶν κινομένης ἀγωγῆς ἡ διατίμησις τῆς δίκης δίδοται: aut quum super noxa servorum mota actione (Fabrot. *aut cum noxali actione mota*) *litis aestimatio solvitur.*

L. XL.

Quod in Oratione *Divi Hadriani est,*] D. Goth. *in not..* „ Quam non habemus: neque enim exstat hic locus in illa Oratione Hadriani, quae habetur *L.* 20. §. 6. *h. t.*" Ibi non refertur Oratio, sed SCtum ad eam factum. Orationis pars exstat *L.* 22. *h. t.*

Quo petit,] Pro *petiit* (1).

Et hoc justum esse in specialibus petitionibus Proculo placet: Cassius, contra sensit:] De sententia utraque Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 108. §. 11. *de Legat.* 1°. & *ad L.* 23. *de verb. oblig.* (2).

In praedonis persona Proculus recte existimat: in bonae fidei possessoribus Cassius.] Simile *L.* 18. *pr. h. t.* (3). De bonae fidei possessoribus cape *pr. L. seq.*

(1) Sic etiam in *L.* 16. §. 2. *h. t.* ubi vid. notata. Hal. & Vulg. *petiit* habent. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(2) Add. Idem, *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*
(3) Add. Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 9. §. 6.

§. 1.

Ideoque eorum quoque fructus praestabit,] *L.* 26. *L.* 27. *h. t.* Non ut accessoria accessorii, sed principalis. Facit huc *L.* 51. §. 1. *h. t.* add. Fab. *Cod.* VII. 18. *Def.* 64. *not.* 9. 10. & Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de offic. Judic.* (1).

(1) Vid. & Cujac. *loc. modo cit. in expl. h.* §. Pro vesi-

niunt in restitutione Vulg. habet *restitutionem*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. notata superius ad *L.* 18. §. 2. *h. t.* — In seq. §. 2. verbis *veluti si* &c. *concessit*, Hal. & H. a Porta τὰ *si* & *concessit* omittunt: deficere etiam verbum *concessit* in Basil., & tuto abesse posse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Forte tamen possit retineri, si hanc periodum ita intelligas: *veluti si interdictum unde vi* (nactus est) *aut quod* (id est, aliquam rem hereditariam) *precario concessit*.

§. 4.

Si paratus sit possessor *noxae dedere servum*,] *Malae fidei*.

Sicut fit in interdicto quod vi aut clam.] Si scil. possessor, vel servus ejus jussu, eoque sciente, opus fecerit in re hereditaria post prohibitionem heredis. Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* In verbis *in* (*re*) *hereditaria* supplementum *re* habent Hal. & Vulg. omnes: posse tamen locum per ellipsin explicari, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XLI.

Ex (1) *diverso quoque si pauciores* &.] Vid. *L.* 19. §. 2. *h. t.* add. *L.* 40. *pr. eod.*

(1) Ad praecedd. verba Legis vid. Pothier. *in not.* Ad verbum *adsumsit* D. Goth. notavit: „ Ita Flor. Al. *absumpsit.*" Sed Taurellius, *in Adnotat.* habet: „ *adsumpsit.* Sic quidem rectius: in P. autem *absumpsit.*" Vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. Voces hae saepe a Librariis permutatae sunt. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* II. 42. §. 4. & IX. 17. §. 17. Fidejussores *datos* saepe dici non tantum oblatos, sed & acceptos, notat D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 26. *p.* 388.

L. XLII.

ULPIANUS *Lib.* LXVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *quor. bonor.* (1).

(1) Conf. notata superius ad *L.* 13. §. 15. *h. t.* & add. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 2. & Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de action. p.* 516. — De seq. *L.* 43. vid. Majans. *ad Triginta JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 209. *seq.* Pro *idque & Laelius probat* Hal. habet *idque Lelius.* Vulg. *idque & Ælius.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pari modo in hoc nomine variatum in *L.* 3. *si pars hered. pet.* ubi vid. notata. *not.* 18.

L. XLIV. (1).

Si Legatum quocunque modo redditum non sit,] Vid. *L. praec.*

(1) In hujus Legis inscriptione pro *ex Plautio* Hal. habet *ad Plautium.* Sed *ex Plautio* ubique in Pand. Flor. nisi in inscriptione *L.* 34. *de stipulat. servor.* quae *ad Plautium* habet. Loca, quae ex hoc opere Javoleni in Pand. exstant, vid. apud Labitt. *in Indic. Legum*, in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 53.

L. XLV.

Et qui se hereditatis petitioni obtulit, ex doli clausula *tenetur:*] Quae inest cautioni *judicatum solvi. L.* 6. *judicat. solvi.* Gloss. *h.* (1).

(1) Add. citatos superius ad *L.* 13. §. 18. *h. t.*

L. XLVI. (1).

Praedonis loco intelligendus est is, qui &c.] Vid. *L.* 18. *de his quae ut indign.*

(1) Legem hanc explicuit Jo. van Nispen. *ad Libb. Mo-*

de-

destin. Differ. Cap. 7. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 49. *seq.*

L. XLVII.

Respondit, non ideo repelli ab intentione non jure facti testamenti, &c.] Non obstat *L.* 19. *de bon. libertor.* ubi vide (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* VIII. *Modestin. Responsor. in expl. h. l.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. XLVIII.

In aestimationibus hereditatis ita venit pretium venditae *hereditatis*, &c.] A malae fidei possessore, vel post (1) motam controversiam. add. Schol. Basilic. *Tom.* V. *p.* 638.

(1) Sic Legem intelligit Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 568. *seq. p.* 562.

L. XLIX.

Si bonae fidei *possessor hereditatis* (1) &c.] Non *malae fidei.* Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* V. *Proxima erit* &c. (2).

Audietur:] Caussa cognita, ut *L.* 5. *h. t.* & *L.* 7. *de Jur. delib.* (3).

Petitor autem (4) *hereditatis, citra metum* (5) *exceptionis, in rem* (6) *agere poterit:*] *L.* 13. *de exception. L.* 25. §. 17. *h. t.* Sententia tamen differenda, donec de hereditate constet, ut vult Cujac. *in Recitat. ad L.* 5. *& seqq. h. t.* Quod cui usui non video: probavit enim dominium.

Exceptionis] De qua *L.* 25. §. 17. *L.* 5. *in fin. h. t. L.* 1. §. 1. *fam. ercisc. L. ult. de tabb. exhib. L.* 32. §. 10. *de rec. qui arbitr. recep.* Cujac. *loc. modo cit.*

(1)

(1) *Hereditatis* apud Hal. abest.
(2) Add. Cujac. *Obs.* XX. 35. & *ad Lib.* III. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* Quem tamen perperam hanc Legem interpretatum esse, dicit Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*
(3) Add. Merill. *Obs.* VI. 10.
(4) Cujac. *ad Lib.* III. *Papinian. Quaest. loc. modo cit.* legi mavult *petitor etiam*, ex Basil.
(5) Vulg. *impedimentum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.
(6) Pro *in rem* Ant. Fab. *d. loc.* legit *jure.* De scriptura verbi *neglegat* vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.* add. Drakenborch. *ad Liv.* II. 11. §. 4. Postrema verba, *quid, si nihil Juris habere se sciat?* Cujacius, *locc. modo citt.* Graecos secutus, interpretatur: *quid, si bonae fidei possessor hereditatis nesciat, se quasi heredem jus habere in ea re?* Aliter Ant. Fab. *d. loc.*

L. L. (1).

(1) De hujus Legis *pr.*, praeter Cujac. *ad Lib.* VI. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.*, vid. & Otton. *in Papinian. Cap.* 8. §. 4. *p.* 195. *seqq.*

§. 1.

Impensas ratione doli exceptione *aut retenturum*, &c.] *Exceptionis* legit Cujac. *ad Lib.* VI. *Papin. Quaest. in expl. h. l.* & *ratione* explicat *remedio*, ut *L.* 67. §. 3. *de Legat.* 2do. (1).

(1) Apud Hal. & Vulg. *ratione* abest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. eamque vocem superfluam esse, dicit Pothier. *in not. ad h. l.* Ad verba, quae in Lege sequuntur, *Principali vel Pontificali auctoritate*, vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 284. Ant. Guib. Costan. *Quaest. Jur. Memorab. Cap.* 10. §. 8. *seq.* in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 406. Otton. *in Papinian. Cap.* 10. *p.* 259. Jac. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 13.

§. 13. *p.* 172. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription.* *Obs.* I. *p.* 10.

L. LI.

Heres furiosi,] Ab intestato.

Substituto,] In casum *vulgarem*. Furiosus enim adire non potuit. Vid. ad *L.* 1. *de bon. poss. furios.* & alioquin omnia bona substituto cederent. *L.* 10. §. 5. *de vulg. & pupill. subslit.* Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Resp. in expl. h. l.*

Vel sequentis gradus cognato] Vid. *L. ult.* §. 8. *Cod. de curat. furios.*

Exceptis videlicet impensis, quae circa eandem substantiam tam necessarie (1), *quam utiliter factae sunt.*] Triboniano adscribit haec Cujac. *d. loc.* ex stylo (2): quod frustra in dubium revocat Huber. *Eun. Rom. p.* 286.

(1) Hal. hic & in seqq. *necessario.* Sed *necessarie* occurrit etiam apud Ciceron. *de Invent.* I. 29. & Val. Maxim. VII. 6. 3.

(2) Item Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 38. *seq.* nihil vitii hic invenisse videtur, sed simpliciter casum, de quo respondit Papinianus, proposuit.

§. 1.

Fructuum] Id est, pretii fructuum, ut *L.* 4. *de pact. dotal.*

Usurae non praestantur.] Nec enim hereditatem augent. Vid. seqq. & Wissenbach. *in Disp. ad Pand. h. t.* §. 20. add. *L.* 15. *de Usur.* & Noodt. *de Foenor. & Usur.* II. 12. (1).

(1) Add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de Offic. Judic. p.* 614. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. LII.

L. LII.

Si possessor &c.] Adversus quorumdam censuras defendit haec Huber. *Eun. Rom. p.* 287. *seq.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermogen. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 428. *seqq.* Pro *honesto questui*, ut Flor. legitur, Vulg. habet *honesto questu*. Hal. *honesti questus*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. LIV. (1).

(1) Vid. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. Digestor. in expl. h. l.*

§. 2.

Negligentia (1) *possessorum*,] Malae fidei.

(1) Flor. *neglegentia*. Vid. notata superius ad *L.* 49. §. 6. *h. t. not.* 6.

L. LV.

Evicta hereditate, bonae fidei possessor, quod Lege Aquilia exegisset, non simplum, sed duplum (1) *restituet:* &c.] Obstat *L.* 24. *h. t.* (2). Bynkersh. *Obs.* VII. 8. tentat correctionem.

(1) Si scil. possessor duplum exegerit. Bynkersh. *Obs. loc. cit.* Add. de hac Lege citatos superius ad *L.* 20. §. 4. *h. t.*

(2) Ad quam vid. notata. add. Cujac. *ad Lib.* LX. *Julian. Digestor. in expl. h. l.* — De seq. *L.* 56. vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. h. l.* De voce *percepit* vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ubi notat, in Pand. Flor. primum fuisse *procepit*, ex quo postea factum *praecepit*, id est, *antecepit:* quod non damnat.

L. LVII. (1).

Sed melius est officio Judicis, cautione vel satisdatione victo mederi:] In eundem finem usitata olim cautio *amplius non peti.* Cicer. *ad Divers. Lib.* XIII. *Ep.* 28. *Amplius eo nomine non peti*, vel *amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum.* Idem, *in Bruto, Cap.* 5. *in Verrem, Lib.* II. *Cap.* 23. *Pro Rosc. Comoed. Cap.* 12. *ad Attic.* I. *Ep.* 8. Vid. & *L.* 57. *de reivind. L.* 27. §. 14. *ad L. Aquil.* Practicis *Guaranda*, de qua Carpzov. *Def. Forens. Part.* I. *Const.* 4. *Def.* 1. *seqq.*

(1) In hujus Legis inscriptione pro *Neratius* in Basil. male legi Ἑρμογένους, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Pro *quod judicio revictus restituerit* Hal. legit: *quod judicio victus restitueret. Victus* etiam Vulg. omnes habere, & sic quoque legendum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Similiter pro *quod adversus alium eandem hereditatem defendit* Hal. & Vulg. habent *defendat.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui ipse mavult *defendet.* Etiam hic locus in primis a verbis: *Sed melius est* &c. Ant. Fabro suspectus est: de quo nihil esse ab Hubero monitum miror.

L. LVIII.

Respondi, & si non exciperetur, *satis per officium Judicis consuli.*] *L.* 38. *h. t.* Bachov. *de Actionib. Disp.* VI. *Thes.* 21. (1).

(1) Praecedit in Lege: *fructusque ex ea possedit:* pro quo Hal. & Vulg. habent *percepit*, probante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sequitur: *sed erogationem &c. fecit ex ea:* ubi τὰ *ex ea* apud Hal. absunt. Sed Florentinam tuetur Claud. Chifletius, *de Portionib. Legitim. Cap.* 14. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 757.

TITULUS IV.

SI PARS HEREDITATIS PETATUR.

L. I.

ULPIANUS *Lib.* V. *ad Edictum.*] Forte *Lib.* XV. (1)

(1) Sic quoque Hal. Conf. inscriptio *Legis* 4. *h. t.* aliarumque plurium Legum Ulpiani, sub praeced. titulo collocatarum. — Ad §. 1. vid. Huber. *in Praelect. ad h. t. Pand.* §. 1. — In §. 2. pro: *Sed ambo utriusque pro herede. Et si possessor & petitor* &c. Hal. habet: *Sed ambo utriusque. Proinde, & si pro herede possessor* &c. Vulg. *Sed ambo utriusque. Proinde & si possessor* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sequitur: *cum unusquisque eorum partem dimidiam hereditatis sibi adserat.* D. Gothofred. *in not. adserant.* Sic etiam Taurell. habet in margine: & Brencm. *d. loc.* notat, literam *n* jam olim adjectam fuisse, sed priori scripturae omnes adhaerere. *Adserant* tamen quoque rectum est. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* II. 22. §. 7. & VII. 19. §. 2.

§. 3.

Et fortassis hoc officio *Judicis debeat fieri:*] De quo *L.* 40. *de Judic.*

Ceterum ratio facit, ut a duobus (1) *petam hereditatem,* &c.] Vid. *L.* 8. *in fin. de reivind.*

Sed Pegasi sententia utilior (2) *est.*] Etsi rigori Juris repugnet.

(1) Quoniam coheres partim quoque possidet partem petitoris. arg. *L.* 8. *alleg.*

(2) Ad ambages evitandas: quae cum evitari nequeant in casu

casu seq. §. 4. JCtus ibi rem decidit ex juris ratione. Aliter Voet. *ad h. t. Pand.* §. 2. qui distinguit, utrum *pro diviso*, an *pro indiviso* hereditas possideatur. Sed eam distinctionem hac in re respuere videtur *d. L.* 8. *in fin. de reivind.* ubi docetur, in hereditatis petitione numquam *pro diviso* possideri posse. Voetium tamen sequitur quoque Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 572. *not.* 8. *p.* 4. *seq.* qui etiam alios citat. Ceterum pro *adversus exterum possessorem* in §. 3. Vulg. habet *extraneum*; sed Florentina aeque recta. Pothier. edidit *externum*, quod unde hauserit ignoro, nisi sit vitium typographicum. — Ad verba §. 4. *& Labeo scribit*, utique *partem dimidiam* &c. H. a Porta notavit, in Pand. Flor. minus bene esse *utrique*. Sed Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ait, se conferendo id non observasse.

§. 5.

Interdum Praetor incertae partis *hereditatis petitionem indulget*,] Hoc tutissimum, nec pugnat cum *L.* 5. *h. t.* (1).

Non audenter itaque dicitur,] Οὐ τολμηρῶς τοίνυν, οὐδὲ νομίμου ἐκτὸς διαιρέσεως εἴποι τις ἂν κ. τ. λ. Schol. Basilic. *Tom.* V. *p.* 658. Nihil mutandum (2).

(1) De qua vid. Luc. Trip. *Diss. de Parte ventris hereditaria, ad L.* 3. *D. si pars hered. petat. Cap.* 3. §. 6. in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 51. *seq.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Data igitur* &c. Similiter non obstat *L.* 3. *h. t.* ad quam vid. notata, *not.* 21. Sequitur in Lege: *ut puta est defuncti fratris filius, sunt & uxores* &c. Ad haec verba notat D. Goth. „ Et ita hic agitur de duorum filiis patruo suo concurrentibus." Sed recte Gebauer. *ad h. l.* observat, agi potius de fratrum defuncti pariter jam defunctorum filiis nascituris, cum fratris defuncti, qui & ipse jam defunctus est, filio jam nato concurrentibus. Ceterum in Pand. Flor.

non scribi *praegnans*, aut *praegnantes*: sed *praegnas* & *praegnates*, supra jam notavi ad *L.* 5. §. 3. *de statu homin.*

(2) D. Goth. *in not.* legi vult: *nos audenter itaque dicimus*, vel *nunc audenter*. Hal. *non audenter tamen dicetur*. Etiam Vulg. omnes habere *dicetur*, nec adeo recenter Flor. *i* in *e* conversam esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse quoque illud praefert. Pothier. *in not. ad h. l.* primam Gothofredi emendationem sequitur, vel potius sensum esse ait, *nihil audemus, quum dicimus: on ne hazarde rien de dire.*

L. II.

Non majorem partem petere debere, &c.] Fab. *Cod.* III. 21. *Def.* 3.

Nec eis proderit (1), *si ceteri* non *adierint*:] Id est, *nondum* (2).

(1) Ad evitandam poenam plus petitionis. Pothier. *in not. ad h. l.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 572. *not.* 19. *p.* 11.

(2) Conf. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. III. (1).

Antiqui libero ventri ita prospexerunt, &c. (2)] Quo remedio opus in casu, quo quis jus suum urget; adeoque disputatio haec non est sine usu. Vid. Huber. *Eun. Rom.* *p.* 289. *seq.*

Ideo, quia non poterant scire, &c.] Leonin. *Emendat.* VII. 14. *num.* 7. *ideo* delet, & postea legit: *ideo quod multa* &c. vel, *ideo quod tam multa* &c. (3)

Ideo nam multa de hujusmodi re &c.] Lege *nam multa* &c. (4) *Adeo namque*, vel *nam adeo*, Bynkersh. *Obs.* III. 8. Herald. *Obs. Cap.* 39. [in Thes. Otton. *Tom* II. *p.* 1362.] *adeo tam multa* &c.

Et

Et incredibilia creduntur,] An *traduntur?* Sic & Herald. *Obs. d. loc.* (5) *Feruntur*, Bynkersh. *loc. cit.* dubitanter (6). Vulg. lectio proba videtur Scip. Gentili, *Parerg.* II. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1345.]

Ut fabulis adnumerentur:] De pluribus uno partu editis vid. D. Goth. & S. van Leeuwen, *in not.* add. Cujac. *ad Lib.* XVI. *Papinian. Quaest. in expl. L.* 84. *de adq. vel omitt. hered.* Casaubon. *ad Capitolin. in Ant. Pio*, *Cap.* 9. Fabrot. *Exercitat.* II. *de numero puerperii* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1171.] (7).

Alioquin *tradidere* &c.] *Alii quoque*, Herald. *Obs. d. loc.* (8).

Quinquies quaternos] *Quinos quater*, ex Plin. *Hist. Natur.* VII. 3. Fabrot. *d. loc.* [*p.* 1175.] Quomodo legere Junius & Pamelius, *ad Tertullian. de Anim. Cap.* 6. Bynkersh. *Obs. d. loc.* (9). Alexandriae quaedam quatuor partubus viginti edidit. Phlegon. *de Reb. Mirabil. Cap.* 28. ubi in seqq. alia. add. Mercur. Histor. Polit. *Januar.* 1709. *p.* 70. & 71.

Enixam Peloponnensi (10),] Sic Arnob. *Adv. Gentes*, *Lib.* I. *p.* 20. *Peloponnesi proditus.* add. similia apud Gronov. *ad Liv. Epit. Lib.* LIX. (11).

Sed & tergeminos (12) *Senatores* (13) *cinctos* (14) *vidimus* (15) *Horatios* (16).] D. Goth. *in not.* „*Cincios Senatores* &c." Menag. *Amoenitat. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 186. mavult *Quinctios.* *Cinctos* retinet Jan. a Costa, *ad Cap. etsi.* 4. X. *de Judic.* & exponit *dignitate fungentes* (17). Cujac. *ad Lib.* VI. *Papinian. Responsor. in expl. L.* 43. *de testam. milit.* legit *Senatores Lusios*, sed in edit. Fabrot. est *Cincios.* Salmas. *ad Jus Attic. & Rom. Cap.* 15. *Senatores Quintilios vidimus.* Sed & hoc incertum. Herald. *loc. cit.* hanc totam periodum ponit post verba *post diem quadragesimum*, & emendat *Senatores*

uncti vidimus; tandem haec vult poni post verba *ut tergemini nascerentur*. Vulgatam defendit Bynkersh. *Obs. loc. cit.* sed non satisfacit. Otto, *de Jurispr. Symbol. Ex.* II. *Cap.* 15. nihil habet solidi.

Sed & Laelius (18) *scribit*, &c.] Vid. Bynkersh. *d. loc.*

Cum quinque liberis (19).] Idem de Graeca muliere ex Jure Civili refert Tertullian. *de Anim. Cap.* 6.

Quintum, post diem quadragesimum (20):] Add. Plin. *Hist. Natur.* VII. 11.

Quartam partem (21) *superstiti filio adsignaverint*:] Singulari Jure, ut hic pars certa adiri possit, respondente Fabro, *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *Error.* 10. *num.* 12.

(1) Explicuerunt hanc Legem Majans. *ad* XXX. *JCtor. Fragment. Tom.* II. *p.* 211. *seqq.* & Lucas Trip, *Diss. de Parte ventris hereditaria, ad L.* 3. *D. si pars hered. pet.* in Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 32. *seqq.* Varias Interpretum de hac Lege conjecturas recenset Conrad. *Parerg. p.* 550. *seqq.*

(2) Sequitur: *in jure hereditatium.* Pro quo Hal. *hereditatum.* Sed vid. Brisson. *Parerg.* §. 59. *in Oper. Minor. p.* 399. *seq.* & L. Trip. *d. Diss. Cap.* 1. §. 1. add. notata superius ad *L.* 10. *de postuland.* & Drakenborch. *ad Liv.* XXXIX. 3. §. 5.

(3) Hal. *et* loco *ideo*, & in seqq. τὸ *nam* omittit.

(4) Forte illud *ideo* ex initio praecedentis periodi hic repetitum est a Librario, nec deletum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Simile exemplum supra habuimus in *L.* 2. §. 38. *de Orig. Jur.* & aliud Brencm. observavit ad *L.* 10. *h. t.* Vulgatam tamen lectionem defendit Marckart. *Probab. Recept. Lection. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 57. *seq.* docens, haud insolens esse, ut eadem vox cumuletur, & τὸ *nam* postponatur. Marckartum sequitur Conrad. *d. loc. p.* 550. *in not.* Nihil quoque mutat Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 1. *p.* 201. Aliter Herm. Cannegieter. *Obs. Jur. Rom.* III. 8. *p.* 278. qui sic legit: *quae si*

fierunt ideo, quia non poterant scire, quot nasci possunt viduae. Nam multa &c. Jo. Cannegieter. *Obs. Cap.* 13. §. 4. pro *ideo*, posteriore loco, reponit *Titio*. L. Trip. *loc. modo cit.* substituit *utero*.

(5) *Traduntur* rectius esse, monuerat etiam Taurell. *in Adnotat.* & mavult quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(6) Mavult enim *creduntur* servare: quod & defendit Marckart. *d. loc. p.* 56. *seq.* Etiam H. Cannegiet. *d. loc.* quamvis legat *feruntur*, addit tamen Vulgatam defendi posse; eamque facile posse tolerari, dicit Jo. Cannegieter. *d. loc.* Schroder. quoque *loc. cit. creduntur* retinet, sed cum Scipione Gentili in praecedentibus pro *tam varia* legit *tam vana*.

(7) Add. Panciro1. *Thes. Variar. Lection.* II. 27. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1148. Fopp. ab Æzema, *Diss. Jur. Civ.* II. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 822. Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 138. Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 465. Majans. *loc. supra cit. p.* 214. *seqq.* L. Trip. *Diss. supra laud. Cap.* 2. §. 4. *seq.*

(8) *Alioquin* tuetur Trip. *d. Diss. Cap.* 1. §. 3.

(9) Sic etiam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Conrad. *d. loc. p.* 551. L. Trip. *d. Diss. Cap.* 2. §. 1. *Quater quinos* legit quoque Elen. *Diatrib. seu Exercitat. Lib.* I. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1400. Sed nihil mutandum existimare videtur Marckart. *d. loc. p.* 55. *seq.* nec quicquam ad has voces monuit Pothier.

(10) Flor. proprie legitur *Peloponensi*. Sed literam *n* posteriorem aut delendam esse, aut potius trajiciendam, ut sit *Peloponnesi*, censet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Defendit tamen *Poloponnensi* Trip. *d. Diss. Cap.* 1. §. 3. quod Vett. literam *n* multis vocibus inseruerunt, quibus eam detraxit posterior aetas. Hal. & H. a Porta *Peloponesiam et multas*. Vulg. *Peloponensem et multas*. Vid. Brencm. *d. loc.*

(11) Add. & Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 6. *not.* 3. Neque adeo *Peloponnesi*, & mox *Ægypti* pro *in Peloponnesa*, & *in Ægypto* tam insolitum videri debuerat Hubero, *Eun. Rom. p.* 291. ut notat quoque Conrad. *d. loc. p.* 552.

(12) Flor. *tregeminos*. Sed reponendum *trigeminos*, aut legendum *tergeminos*, trajecta litera, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. additque posterius Hal. & Vulg. omnes habere. Sed *tregemini* etiam Flor. scribitur *in fin. h. l.* & Duker. *ad Flor.* I. 3. §. 3. *tregemini* idem dicit, quod *trigemini*, sed discrimen esse inter *trigeminus* & *tergeminus*. add. Drakenborch. *ad Liv. Epitom. Lib.* I. *Tom.* I. *p.* 4.

(13) Herald. *loc. cit.* legit *Servatores*, non refragante Hubero, *Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. Alii etiam aliter, ut intelligi potest ex notatis ad seqq. Legis verba. Sed Vulg. lectionem *Senatores* defendit Bynkersh. *loc. cit.* & L. Trip. *d. Diss. Cap.* 1. §. 6.

(14) *Cinctos* etiam Hal. habere, sed reliquos omnes, quos adivit, *cunctos*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Addidit Gebauerus, *ibid.* nonnullas aliorum conjecturas, sed quas omnes etiam Schultingius hoc loco attulit; praeter Onesium, Hispanum, *Obs. Cap.* 24. qui legit: *Sed & trigeminos esse natos Curiatios videmus, et Horatios.* Quod placet Fabroto, *loc. cit.* pro *vidimus* tamen substituenti *audivimus*, & cum Heraldo verba haec quoque collocanti post *ut tergemini nascerentur.* Onesii emendatio placet quoque Conrad. *loc. cit. p.* 554. nisi quod pro *esse natos* retinere malit *Senatores*, aut legere *certatores*. Paulo aliter H. Cannegieter. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exstant in Collat. LL. Mosaic. & Roman. p.* 343. qui legit: *Sed & tergeminos esse natos & Curiatios vidimus, vidimus Horatios.* Aliter etiam Henr. Kellinghusen. *Diss. de LL. nonnullis Roman. Cap.* 21. in Novo Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 65. legens: *Sed et tergeminos esse a tot extinctos Horatiis vidimus.*

(15) Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. mavult *videmus*, scil. in monumento quodam publico, quod Pauli aetate exstabat. *Audivimus* substituit Heraldus, ut modo dixi. Sed *vidimus* defendit Bynkersh. *loc. cit.* illud explicans *observavimus*, cet. & sic quoque Conrad. *d. loc. p.* 553. & L. Trip. *d. Diss. Cap.* 1. §. 8. *Vidimus* etiam retinet Schroder. *d. loc. p.* 202. explicare tamen illud mavult *audivimus*.

(16) Gloss. *Al. oratores.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb.

Geb. & Spang. qui monet, illud inde facile oriri potuisse, quod multi scribunt *Oratios:* imo sic omnia MSS. quae vidit, habere, uno excepto, quod habet *oraturas*. Jan. a Costa, *loc. cit.* vocem *Horatios* exinde irrepsisse putat, quod forte in margine, ad interpretationem vocis *cinctos*, adscriptum fuerat *oratos* vel *hōratos*, id est, *honoratos*. *Horatios* Librariorum incuria irrepsisse, putat quoque Wissenbach. *in Disp. ad Pand. hoc tit.* §. 26. Exstinguunt hanc vocem etiam alii. Vid. L. Trip. *d. Diss. Cap.* 1. §. 5. Sed eam tuetur Bynkersh. *loc. supra cit.* & Trip. *d. loc.* §. 6. & retinent etiam plures alii Interpp. ut ex supra notatis intelligi potest: imo Schroder. *loc. cit.* ait, eum, qui Bynkershoekii interpretationem *τοῦ vidimus* legit, & *Horatios* tamen exulare hic jubet, nullis profecto argumentis convinci unquam posse.

(17) Videtur hanc vocem eo sensu quoque accipere Puttman. *Miscellan. Cap.* 26. *p.* 249. Sed alii, qui *τὸ cinctos* etiam retinent, illud interpretantur *armatos* & *in hostem ire paratos*. Vid. praeter Bynkersh. *loc. cit.*, etiam Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. Majansf. *loc. supra cit. p.* 213. Jo. Cannegieter. *Obs. Cap.* 11. §. 1. *p.* 413. L. Trip. *Diss. supra laud. Cap.* 1. §. 7. Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Violentis emendat. in Jure Civ. non admittendis*, *Cap.* 3. *p.* 90. Harderv. 1776. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 572. *not.* 17. *p.* 9. *seq.*

(18) Hal. *Lelius*. Vulg. *Ælius*. Vid. Brencm. *h. l.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pari modo in hoc nomine variatum supra *L.* 43. *de hered. petit.* Addit Brencm. Russardum notare *Al. Cajus*, ob *L.* 7. *pr. de reb. dub.* Sed vid. Bynkersh. *loc. cit.* L. Trip. *Diss. laud. Cap.* 2. §. 8. Heinecc. *ad Brisson. de V. S. voc. Laelius.* Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 50. Sequitur in Lege: *ut Hadriano ostenderetur.* Ubi sub nomine *Hadriani* non intelligendum esse *Divum Pium*, docet Noordkerk. *Obs. Cap.* 5. *p.* 103. *seqq.* Vid. & Bynkersh. *d. loc.* & notata superius ad *L.* 37. *de Judic. not.* 1.

(19) Sequitur in Lege: *ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur.* Ubi *τὸ inquit* vulgo ab-

abesse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & abesse posse, cum jam praecesserit *scribit*, ait Bynkersh. *Obs.* III. 22. Haud dissimile exemplum supra habuimus in *L.* 13. *de inoffic. testam.* ad quam vid. notata. *Eodem tempore* idem esse, ac *semel uno partu*, quod dixit Paul. *in Sent.* IV. 9. §. 2. ad eum locum notavit Schulting. Pro *quatuor* in Pand. Flor. legitur *quattuor*. Sed utroque modo scribitur. Vid. Cellar. *Orthograph. Latin.* p. 391. *seq.*

(20) Flor. *quadragensimum:* de quo dixi supra ad *L.* 2. §. 33. *de Orig. Jur. not.* 1. Basilic. addunt: ἐξ ἐπικυήσεως, *ex superfoetatione*, de qua quaedam notarunt Budaeus, *in Adnot. ad h. l.* & L. Trip. *d. Diss. Cap.* 2. §. 4. qui etiam alios citat. Sequitur: *Quid est ergo? Prudentissime Juris auctores medietatem* &c. Ubi apud Hal. τὸ *est* abest, & pro *prudentissime* legitur *prudentissimi*. Vulg. habet: *Quidam ergo prudentissimi* &c. De voce *medietatem* vid. *Excerpta ex Adversar. Pithoei*, in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 356. Sic etiam Apulej. *Doct. Plat.* II. *p.* 14. *Ejusmodi medietates inter virtutes & vitia intercedere.* & Arnob. II. *Medietas quaedam.* Pro *non rarum admodum* Hal. Vulg. ceteros habere *non raro admodum*, & etiam MSS. *raro* exhibere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Add. de hac Legis periodo Marq. Freher. *Parerg.* II. 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 910. *seqq.* & Conf. quae habet Bynkersh. *Obs.* IV. 15. & L. Trip. *d. Diss. Cap.* 3. §. 6.

(21) *Incertae partis* petitio conceditur *L.* 1. §. *ult. h. t.* Sed casus diversi sunt: ibi enim plures ventres sunt coheredes, sed hic unicus venter coheres est. Vid. Jac. Petr. Yvo Diert. *Diss. ad L.* 26. *de stat. homin. seu de Jurib. nondum nator. Cap.* 2. §. 5. *p.* 53. Lugd. Batav. 1798. Aliter Leges has conciliat Pagenstecher. *Spec. modo laud. p.* 90. qui dicit ipsam illam partem quartam quoque incertam esse, cum pro numero nasciturorum accrescat, vel decrescat. Alii etiam aliter. Vid. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 25. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. Voet. *ad eund. tit.* §. 3. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Heilfeld. hoc tit.* §. 572. *p.* 8. *seq.* Magis vero

ro obstat *L.* 30. §. 26. *de adq. vel omitt. hered.* ubi Ulpianus docet, jam natum *ex parte dimidia* heredem esse, non *ex quarta.* Quapropter dissensum JCtorum hac in re quoque agnoscit L. Trip. *d. Diss. Cap.* 3. §. 3. & Diert. *Diss. modo laud.* p. 46. *seqq.* Alii vero varie conantur Leges illas conciliare. Vid. Wissenbach. & Voet. *locc. modo citt.* & Pothier. *in not. ad h. l.* 3. De loco Theophrasti: τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, κ. τ. λ. dixi supra ad *L.* 6. *de Legib.*

L. V.

§. 1.

Sed utilius est, posse eum adire, qui nescit portionem, si cetera, quae oportet eum scire, non ignoret.] De quibus quaedam Cujac. *Tract.* I. *ad African. in expl. L.* 46. *de adq. vel omitt. hered.* & Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *Error.* 10. *num.* 13. Verba, *qui nescit portionem*, irreptitia putat Fab. *d. loc. num.* 14. Possent abesse, sed & retineri.

L. VI.

Quinta portio pro portionibus (1), *quae ad eas pertinuit*, &c.] An *pertineant?*

Non amplius ei quintam conferant.] Ἀνὰ πέμπτον μέρος τῷ ἀδελφῷ συνεισάγουσιν, Basilic. [*Tom.* V. *p.* 658.].

(1) Pluralis numerus pro *unaquaque portione.* Sic Pothier. *in not. ad h. l.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc. tit.* §. 572. *not.* 13. *p.* 7. quem etiam vid. *ibid.* de *seq.* §. 1. *p.* 14. *not.* 26.

L. VII.

Julianus *Lib.* VIII. *Digestorum.*] Agens de actione *familiae erciscundae* (1).

Quam ut partem hereditatis pro indiviso *restitui mihi ju-*

jubeat.] Ita & Basilic. Wissenbach. *Disput. ad Pand. tit. fam. ercisc.* §. 7. legit *pro diviso.* Male (2).

(1) Conf. Cujac. *ad Lib.* VIII. *Julian. Digestor. in expl. h. l.*

(2) Vid. Schulting. *Thes. controv. Dec.* XXVIII. §. 4. & Pagenstecher. *Specim. supra laud. p.* 98.

L. VIII.

IDEM *Lib.* XLVIII. *Digestorum.*] Junge *L.* 21. *de reb. cred.* add. Noodt. *Comm. ad h. t. Pand. pr.* (1).

(1) Et Eckhard. *Herm. Jur.* L. 5. §. 181. ibiq. Walch. Jungendam hanc Legem esse cum *d. L.* 21. monuit etiam Cujac. *ad Lib.* XLVIII. *Julian. Digestor. in expl. h. l.*

L. IX. (1).

Ejus procurator venditionem fecit,] Adita hereditate, sed perperam. *L.* 90. *de adq. vel omitt. hered.*

Postea apparuerit,] Al. *apparuerat* (2).

Antea decessisse,] Vid. ad *L. seq.*

Responsum est, ab eo, qui procurator ejus fuisset, &c.] Possidet enim pro herede.

Totam hereditatem, &c.] Facit huc *L.* 1. §. 1. *h. t.* Add. Haber. *Eun. Rom. p.* 290. *seq.* qui hanc Legem a censura Autumni & Groenewegii vindicat (3).

(1) De hujus Legis inscriptione vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 1. & Otton. *in Alfen. Varo, Cap.* 9. §. 2. in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1685. Plura ad hanc Legem notavit Pothier. *Pand. Justin. tit. de heredit. petit. num.* 7.

(2) Ita Hal. Vulg. *apparuit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) In seqq. Legis verbis pro *a coheredibus* Hal. habere *a coherede*, & ita rescribendum videri, notat Brencm.

d.

d. loc. & sic etiam in fin. Legis pro *coheredes ejus* Hal. habet *coheredem ejus.*

L. X.

Qui patrem suum ignorabat vivo testatore *decessisse,*] Et *ante conditum testamentum*, juxta Graecos, ut ejus portio esset pro non scripta, nec foret caduca ex Jure veteri: vel ponendum, reliquos fuisse ex liberis, vel parentibus testatoris. *L. unic. pr. Vs. & cum. Cod. de caduc. tollend.* Vel coheredes invicem substitutos. Cujac. *ad Lib.* VI. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.*

Hereditas ab eo peti non potest; quia neque pro herede &c.] Vid. *L.* 13. §. 12. *de hered. petit.* (1).

Negotiorum autem gestorum actio (2) *ceteris coheredibus* &c.] Facit huc *L.* 5. §. 1. *de neg. gest.*

Nam & si negotiorum gestorum actio sit ei, cujus nomine perceptum est, ei, cujus nomine, restitui aequum est.] Locus corruptus. Cujacius praefert vulgatam (3), & Basilic., in quibus sic lego: εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ὁ ἀπαιτήσας ὀνόματι μοῦ χρέος ὑπόκειταί μοι τῇ τῆς διοικήσεως λογοθεσίᾳ, ὅμως ἐνταῦθα κ. τ. λ. [*Tom.* V. *p.* 653.] Huber. *Eun. Rom. p.* 290. supplet: *Ei tamen, cujus nomine* percipi debuit, *restitui aequum est:* quod placet (4). Vid. Cujac. *loc. modo cit.* Best. *de Rat. emend. Leges*, *Cap.* 19. *num.* 6. *Et ei, cui ejus nomine restitui aequum est.*

An ipse sibi caussam possessionis mutare videatur?] D. Goth. *in not.* „Quod non licet &c." Nisi accedente caussa.

Postea faciens controversiam hereditatis, ut juris possessor, convenitur,] Solvitur objectio. Facit huc *L.* 33. §. 1. *de usurp. & usuc.*

(1) Sequitur in Lege: *Sed ut filius patris negotium curavit.* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 39. pro ne-

negotium in vetustioribus editionibus legi monet *negotiorum*, & hoc e Graeco male trajectum esse Latine dicit. Absurde. Pand. Flor. *negotium* habent.

(2) *Utilis*, Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de hered. petit. num.* 7. qui plura ad hanc Legem notavit.

(3) Quae ita habet: *nam etsi negotiorum gestorum actio sit ei, cujus nomine debitum exactum est, hoc tamen, quod alieno nomine perceptum est, restitui aequum est.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse putat, verba posteriora *ei cujus nomine* per errorem repetita esse, nec postea, ut debebant, deleta, aliave pro iis reposita. Difficile tamen esse dicit divinare, quae pro erroneis restituenda sint: sed Vulgatam non male sensum exprimere. Vulgatam praefert quoque Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* pro *hoc tamen, quod* &c. reponens *hoc tamen si quod* &c.

(4) Pothier. *loc. modo cit.* supplet: *hoc in proposita specie non potest dici.* Herm. Cannegieter. *Obs. Jur. Rom.* II. 10. *p.* 182. ex praecedentibus repetit *perceptum est*, hoc modo: *ei cujus nomine* perceptum est, *restitui* &c. Aliter Jo. Cannegieter. *Disq. de Notis*, §. 17. *p.* 309. qui legit: *eum qui ejus nomine fi* (id est, *fecit*) *restitui aequum est.* Denique J. B. Koehler. *Interpr. & Emendat.* II. 1. locum hunc ex Basilic. ita restituit: *Nam & si negotiorum gestorum actio sit ei, cujus nomine debitum exactum est: hoc tamen, quod alieno nomine perceptum est, ei, cujus nomine*, puta, perceptum est, *restitui aequum est.*

TITULUS VI.

DE FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS PETITIONE.

Quae dabatur, quibus ex *SCto Trebelliano* restituta erat hereditas. Vid. D. Goth. *in not.* & *L.* 9. §. 1. *de reb. cred.* (1).

(1) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 574. *seq. not.* 53. *p.* 24.

L. I.

Ulpianus *Lib.* XVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 37. *ad SCtum Trebellian.*

Ex ordine occurrit actio, quae proponitur his, quibus restituta est hereditas.] Male vero illa, qua restitutio petitur, hoc nomine vocatur, & cum *directa* comparatur a Fabro, *Cod.* VII. 18. *Def.* 64. *num.* 20. *seqq.* (1) add. *L.* 3. §. 1. *h. t.*

(1) Vid. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* Minus bene quoque idem Fab. *in Ration. ad h. l.* fideicommissario adv. heredem fiduciarium competere ait *actionem ex testamento.* Vid. Ulpian. *Fragm. tit.* 25. §. 12. ibiq. Schulting. Summam Legum hujus tituli refert Noodt. *in Comm. ad h. t.* Ad *L.* 2. vid. & Cujac. *ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict.* Ad verba *L.* 3. *pr. an heres, cui exstitisset. Et si bonorum possessor* &c. Taurell. in margine notavit; *an ei, cui heres extiti.*

Sed

Sed et si &c. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. obſervat, hic non tam variam lectionem eſſe, quam ſcripturam per errorem trajectam; quae ſupraſcriptis de more lineolis reſtituta eſt, adjecto, quod per hanc confuſionem exciderat, *ei:* adeoque videri haec in contextum recipi poſſe.

LIBER SEXTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE REIVINDICATIONE.

Formula *vindicandi* apud Ciceron. *pro Muren. Cap.* 12. (1) & qua Judicium Praetor dabat, etsi absurda, apud Eund. *in Verr. Lib.* II. *Cap.* 12.

(1) Add. Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 138. *seq.* Ritum *vindiciarum* latius exposuit Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de action.* §. 24. *seq.* & in primis Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 583. *p.* 128. *seqq.* qui etiam alios citat. add. Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. Sect.* 3. Vocem *rei* in dictione *reivindicatio* significare *rei proprietatem*, seu *dominium*, docet Cujac. *in Parat. ad h. t. Pand.* & *in Recitat. ad Inscript. h. t.* add. Noodt. *ad h. t. in pr.* Branchu, *Dec. alter. Observ. Cap.* 15. *p.* 107. Gluck. *loc. modo cit. p.* 127. Singulas hujus tituli Leges exposuit Cujac. *in Recitat. ad h. t. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.*

L. I. (1).

(1) De hujus Legis *pr.* vid. & Noodt. *in Comm. ad h. t. Pand. in pr.* Pro *quae de universitate propositae sunt* Vulg. habet *quas de universitate proposuit Prae-*

Praetor. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & pro *subicitur*, ut Flor. scriptum est, Hal. edidit *subjicitur*: de quo vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de Senator.* — De seq. §. 1. vid. Noodt. *d. loc.* Vs. *Satis de serie* &c.

§. 2.

Liberae personae, quae sunt Juris nostri,] Facit huc Cujac. *Obs.* X. 16.

Si quis ita petit filium suum vel (1) *in potestate*, ex Jure Romano,] Nam postea & alia formula generalis inventa. *L.* 23. *h. t.* Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de action.* Vs. *Dominum se esse dicat.*

(1) Illud *vel* apud Hal. abest. Forte verbis *vel in potestate* respicitur ad liberos adoptivos. Malam e Graeco versionem esse, dicit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 39. Vid. & de hoc loco Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Similiter ait* &c. Bynkershoek. *Opusc. de Jure occid. liber. Cap.* 1. Heinecc. *Additam. ad Vinn. Comm. ad pr. Inst. per quas person. cuiq. acq.* Meerman. *Diss. de Reb. manc. & nec mancip. Cap.* 106. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de his qui sunt sui vel. al. jur.* §. 133. *Jus Quiritium* cum *Jure Romano* Ulpianum hic confundere, notat Vonck. *Obs. Miscellan. Cap.* 24. *p.* 106.

§. 3.

Sed posse etiam gregem (1) *vindicari*,] Non tamen ut res plures, sed unam. Vid. Chesium, *Different. Cap.* 61. *num.* 2. *seqq.* [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 809.] (2).

(1) Flor. *grecem.* Sed literae *C.* & *G.* saepe commutantantur. Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* I. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 142. Best. *de Rat. emend. Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 7. Brenem. *Hist. Pand.* IV.

IV. 5. *p.* 360. Additur in Lege: *Pomponius Libro Lectionum vicensimo quinto scribit.* Heinecc. *in Praefat. de Sexto Pomponio JCto*, *Opusc. Varior. Syllog.* III. *p.* 100. intelligit Pomponii Lectiones *ad Q. Mucium.* Sed vid. notata inferius ad *L.* 21. *h. t.* Vulg. post *Lectionum* addit *Variarum.*

(2) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Noodt. *ad h. t.* Vf. *Idem de generibus* &c.

L. II.

Sed ne (1) partem dimidiam totius ejus vindicabit.] Vid. Chesium, *loc. modo cit. num.* 4. & 5. (2).

(1) Hal. & Vulg. *nec.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui recte notat, *ne* hic poni pro *nequidem.* add. Marckart. *Interpr. Rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 42. & H. Cannegiet. *Obs.* II. 7. *p.* 168.

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Noodt. *ad h. t.* Vf. *Restat ut de grege* &c. — Ad seq. *L.* 3. *pr.* nihil quidem notavit Schultingius, sed verbis *aliena ab eo*, posteriore loco positis, lineam subduxit, forte suspecta illa habens. Et sane videntur male repetita, nec, ut oportebat, deleta. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Noodt. *loc. modo cit.* *Aliena* hic accipiendum esse pro *alia*, monet D. Goth. *in not.* add. Cujac. *Obs.* V. 35. quem etiam vid. ad seqq. §§. *in Recit. ad h. l.* *Navium armamenta* habere Plin. XIX. 1. notat Brencm. ad §. 1. Habet etiam Liv. XXI. 49. & Sueton. *in August. Cap.* 17. Huic §. 1. non obstare *L.* 29. *de instr. & instrum. leg.* docet Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 589. *not.* 28. *p.* 252. — Ad §. 2. Idem Brencman notat, pro *ut deduci* &c. Vulg. H. a Porta & Russard. habere *ut diduci* &c. nec aliud velle Pand. Flor. Confunduntur hae voces etiam alibi. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXI. 55. §. 5. Quid inter illas intersit, docet Idem, *ibid.* V. 38. §. 1.

L. IV.

Ita ut in ad exhibendum actione pretii ratio haberi debeat:] Si hoc malim, ut *L.* 71. *h. t.* & non in litem jurare, quod possum. *L.* 2. *L.* 5. *de in lit. jurand.* Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) De locutione *furti teneri* vid. Burman. *ad Quinct. Inst. Orat.* V. 14. *p.* 481.

L. V. (1).

(1) Hal. in margine notat, initialia hujus Legis verba, *Idem Pomponius scribit*, alias deësse. Sed sine ratione: jungenda enim est haec Lex cum §. *ult.* praecedentis *L.* 3. ubi etiam Pomponii mentio fit.

§. 1.

Ut puta (1) *si aes & aurum mixtum fuerit,*] Vid. Molinaeum, (2) *de Usur. num.* 777. Hotoman. *Obs.* VII. 12. legit *aes vel aurum:* a quo non alienus Huber. *Eun. Rom. p.* 293. *seq.* ubi Molinaei sententiam examinat: mihi tamen non probatur.

Quia utraque materia, etsi confusa, manet tamen.] Nec in aliam transit speciem.

(1) In verbis Legis praecedentibus pro *si ex mello meo, vino tuo* &c. Hal. habet *si ex melle meo, & ex vino tuo* &c. Vulg. *& vino tuo* &c. V[illegible]. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Porr[illegible] pro *quoniam suam speciem pristinam non continet* [illegible]al. habet *quoniam speciem pristinam non retinet*, & sic etiam H. a Porta, & Russard. Basil. *οὐ σώζεται, non servat.* Praeterea pro *quia deduci possit* Hal. & Vulg. habent *potest*, & pro *deduci* Vulg. *diduci*. Sed de constructione τοῦ *quia* cum Subjunctivo dixi supra ad *L.* 1. §. 4. *de Just. & Jur.* & de verbo *deduci* vid. quae modo notavi ad *L.* 3. §. 2. *h. t.* Verba autem, quae sequuntur, *quia separari potest*, apud Hal. ab-

abesse, Basil. tamen ea habere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Denique pro *agetur autem in rem actio* Hal. habet *agetur autem in rem*, Vulg. *in rem actione:* imo Flor. quoque voci *actio* adjunctam esse Syllabam *ne*, sed recenter, notat Brencm. *d. loc.* Sed vid. notata superius ad *L.* 4. *si ex noxal. causs. agat.* add. Noodt. *de Usufr.* II. 14. Bynkersh. *Obs.* VII. 13. Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermog. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 341.

(2) Qui contradixit Alciato, *Parerg.* VI. 11. & VII. 4. putanti, Veteres ignorasse aeris & auri separationem propter defectum aquae chrysulcae. Avellan. *Loc. Restit. vel Explic. Cap.* 25. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 474. expungit *τὸ non* ante *possit*. Errorem Ulpiani agnoscere videtur Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 8. §. 21. Vid. praeter Huber. *loc. cit.* etiam Jan. a Costa, *in not. ad* §. 26. *Inst. de rer. divis.* & Otton. *ad* §. 27. *Inst. eod.* — De *seq.* §. 2. vid. Perrenon. *Animadv.* II. 27. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 659. & Huber. *Eun. Rom. p.* 295. *seq.*

§. 3.

Varus & Nerva utilem in rem actionem dabant:] An & alii? Dubito ob *L.* 9. §. 2. *de damn. infect.* (1) Nisi illam de *directa* accipias cum Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 20. *Thes.* 5. *Lit. D. p.* 211. (2). Aliter Hilleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* IV. 34. (3).

(1) Etiam Donell. *loc. cit.* putat, proponi hic tantum, non probari sententiam Vari & Nervae: & sic quoque Petr. Beloïus, *Varior. Jur. Civ.* IV. 6. §. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 710. & Val. Gul. Forster. *de Jur. Interpr.* I. 5. §. 27. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 984. Ant. Faber, *in Ration. ad h. l.* dicit, Vari & Nervae sententiam hic referri quasi explosam.

(2) Sic etiam loca haec conciliat Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 13.

(3) Vid. & Wissenbach. *Disp. ad Instit. Disp.* X. *Thes.* 22.

§. 5.

Nec appareat, de quo actum sit, &c.] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 30. (1).

(1) De nomine *Erotes* vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 31. voc. *Eros*, *p.* 180. *seqq.*

L. VI.

Nam illud inhumanum est, &c.] *Nam*, id est, *ceterum* (1).

(1) Vid. Noodt. *ad h. t.* V§. *Sed apparet* &c. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 5. §. 2. *de stat. homin.* De rebus *numero* constantibus quaedam notavit Branchu, *Dec. Alter. Obs. Cap.* 16. *p.* 111. *seq.* De *lance*, ejusque variis speciebus vid. Abrah. Wieling. *Diatrib. de Furto per Lancem & Licium conc. Cap.* 2. in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 127. *seqq.* add. de hac Lege Cujac. *in Recit. ad h. t.* & *ad Lib.* VI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. VII.

Si is, qui obtulit se &c.] *L.* 13. §. 14. *de hered. petit.* (1) *L.* 95. §. 9. *de solution.*

(1) Ad quam vid. notata. Cujacius pauca tantum ad hanc Legem notavit *ad Lib.* XI. *Paul. ad Edict.* Sed latius de ea egit *in Recit. ad h. t.* add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 586. *not.* 12. *p.* 206. *seq.*

L. VIII.

Quae distinctio neque in re mobili, &c.] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 31. *Instit. de rer. divis.* (1) & contra Autumnum vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 296. *seq.*

Ne

Neque in hereditatis *petitione* &c.] Quatenus in *jure* consistit. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de reb. corp. & incorp.*

(1) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* XII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. IX.

Officium autem Judicis in hac actione in (1) *hoc erit*, &c.] Vid. Noodt. *ad h. t.* Vs. *Superest tradi* &c. (2).

(1) Illud *in* vulgo abest. Forte mala repetitio est prioris *in* ob similitudinem sequentis vocis *hoc* cum praecedente *hac*.

(2) Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* & Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de action. p.* 515. Egit etiam de hac Lege Branchu, *Dec. Alter. Obs. Cap* 15. *p.* 93. *seqq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 586. *p.* 194. *seqq.* Accursium hanc Legem perperam opponere *Nov.* 88. docet Cujac. *in exposit. d. Nov.* & *in Recit. ad h. l.* Ad verba Legis finalia *peti posse* Hal. in margine notat: *alias additur negatio.* Sed Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. dicit, se talem Codicem non vidisse, & repugnare etiam Basil. add. Ant. Augustin. *Emendat.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1439. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 18. Branchu, *loc. modo cit. p.* 97. Gluck. *d. loc.*

L. X.

Si res mobilis petita sit, &c.] Defendit hanc Legem contra iniquos Censores Huber. *Eun. Rom. p.* 298. (1).

(1) In verbis *et non malum est* τὸ *non* ab antiqua manu esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Jauchius quoque, *de Negat. Pand. p.* 3. hanc Legem refert inter eas, in quibus in Cod. Flor. negatio male omissa est, & recte suppleta: & *non malum est* exponit *non iniquum est.* Sequitur: (*si*) *bonae fidei* pos-

possessor sit &c. Ubi supplementum τοῦ *si* jam habere Hal. notat Gebauer. *ad h. l.* qui putat, illud *si* forte latere in sequente voce *sit*. Hoc quoque conjecerat Joach. Joh. Schwartz. *Specim. Obs. ad Var. JCtor. Vett. Fragm. Cap.* 4. §. 3. Lugd. Batav. 1750. — Verba *seq. L.* 11. *nisi si malit* &c. coaptanda esse verbis Pauli in praec. *L.* 10. *ibi restitui, ubi res sit*, notat Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 10. & 12. *h. t.* add. Idem, *in Recit. ad L.* 10. 11. 12. *h. t.* Hal. & Vulg. habent *nisi malit* &c. Forte τὸ *si* mala geminatio est. Simile exemplum est in *L.* 16. §. 1. *h. t.* Pro *judicatur* Hal. habet *vindicatur*, & in margine notat: *alias judicatur*. Graecos vertere ἔνθα ψηφίζεται, *ubi lis contestatur*, notat Cujac. *ad Paul. loc. cit.* qui Florentinam retinet, & addit, verbis *ubi lis contestatur, ubi judicatur, ubi agitur*, unum eundemque locum significari.

L. XIV.

Non ut triplum, sed duplum consequatur.] Si inficiatus sit reus (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *in Recit. ad h. l.* ubi simul egit de praec. *L.* 13. de cujus varia lectione vid. Corp. Jur. Geb. & Spang. & add. de ea Lege Ant. Fab. *in Ration.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 588. *not.* 76. *p.* 234.

L. XV.

§. 1.

Fortassis huic officio Judicis succurretur,] Hunc modum loquendi taxant quidam. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 299. (1).

(1) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.* Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hell-*

Hellfeld. hoc tit. §. 588. *not.* 11. *p.* 246. Sequitur: *nam & si fructus* &c. ubi τὸ *nam* adest quidem in omnibus libris, sed Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, in Cod. Flor. particulam illam antiquitus extra contextum adjectam esse, & nos posse forte ea carere.

§. 2.

Et militibus adsignatus est,] Ovid. *Amor. Lib.* II. *Eleg.* 9. *vs.* 19.

Fessus in acceptos miles deducitur agros.

Notae V. A. *Veterano adsignatum* (1).

Medico honoris gratia possessori dato,] Pecunia scil. modica. Goes. *ad Auctor. Rei Agrar. p.* 140. Vid. & Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 140. (2). — His factum narrat, non rem probat, Pinel. *ad Rubr. Cod. de rescind. vend. Part.* I. *Cap.* 2. *num.* 14. qui tamen non recte verba accipit omnia. — Notae V. P. R. *veteri possessori redditum* (3).

(1) Vid. Val. Probum, *de Notis Romanor. Cap.* 20. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 107.

(2) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.* Otton. *de Ædilib. Colon. & Municip. Cap.* 1. *p.* 9. Burman. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap.* 1. *p.* 8. De verbis *honoris gratia* vid. Duaren. *Disp. Anniv.* II. 35. & Gulielm. Forner. *Selection.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 29.

(3) Vid. Val. Probum, *loc. modo cit. p.* 108. & Em. Soar. a Ribeira, *Obs. Jur.* I. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 565. ubi hunc § explicuit.

§. 3.

Sine dolo malo & culpa possessoris,] *Malae fidei*, ad quem & praecedentia magis pertinent. add. *L.* 40. *de petit. hered.* ibiq. Cujac. (1) & *L. seq. h. t.*

(1) *Ad Lib.* XX. *Paul. ad Edict.* add. Idem, *in Recit. ad h.* §. Pothier. *in not. ad h. l.* & in primis Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 588. *p.* 234. *seqq.*

L. XVI.

Utique autem, etiam mortuo homine, necessaria est sententia &c.] *L.* 8. *de re judic. L.* 11. *judic. solv.*

Propter fructus] De quibus *L.* 33. *h. t.*

Et stipulationem de evictione:] Quae tamen cum ex capite doli movetur, non est opus sententia. Os. Aurel. *Dispunct.* 31. *in fin.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 775.] (1).

Non enim post litem contestatam utique & fatum (2) *possessor* &c.] *Utique*, id est, *semper*. Conf. Ant. Fab. *Conject.* II. 6. (3).

(1) De conciliandа hac Lege cum *L.* 21. *pr. D.* & *L.* 26. *Cod. de evictione.* egit quoque Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *in Recitat. ad* §. 1. *& seqq. L. praec. h. t.*

(2) Taurellius edidit *factum*, & hanc Lectionem Florentinam esse, notat Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 289. item Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 33. *h. t.* Sed ex nota Gebaueri *ad h. l.* dicendum videtur, Flor. *fatum* legi.

(3) Et *in Ration. ad h. l.* Cujac. *in Recit. ad* §. 1. *& seqq. L. praec. utique*, id est, *omnino*. Vid. & Dyemen. *Tract. de Formul. quibusd. copulat. & disjunct.* in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 330. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 588. *p.* 240. *seqq.* Pothier. *in not. ad h. l.* hunc locum ita supplet: *Ceterum mortuo homine ipsius hominis nomine non poterit condemnari: non enim* &c.

§. 1.

Tempore navigationis] *L.* 62. *pr. h. t.* (1).

(1) Pertinet huc locus Vegetii, *de Re Militar.* V. 9. quem citat, & refert Gluck. *loc. modo cit. not.* 97. *p.* 242. Speciem hujus §. dat Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 39. *seq.* In verbis *nisi si minus* &c. τὸ *si* apud Hal & Vulg. abest. add. notata superius ad *L.* 11. *h. t.* Egit de hoc §. Cujac. *in Recit. ad h. t.* & *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 74. *h. t.*

L. XVII. (1).

(1) Vid. de hac Lege Cujac. *in Recit. ad h. t.* & *ad Lib.* VI. *Julian. Digestor.*

§. 1.

Sed etiam omnem caussam praestandam:] *L.* 20. *h. t.* (1). Quod in *actionibus in rem* ex LL. XII. Tabb. obtinere, putat Cujac. *ad Lib.* VI. *Papin. Quaest. in expl. L.* 2. *de usur.* Postea ex sententia Sabinianorum productum ad *actiones in personam. L.* 31. *de reb. cred. L.* 38. §. 7. *de usur.*

Si post litem contestatam usucepit possessor,] *L. seq. h. t. L.* 9. §. 6. *ad exhib.* (2).

(1) Quid sit *omnem caussam* praestare, latius docet Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 588. *p.* 220. *seqq.* Praecedit in Lege, & *fructuum rationem usque ad rei judicatae tempus spectandam esse.* Sic etiam Paulus in *L.* 33. *h. t.* Aliter Labeo in *L.* 79. *eod.* Vid. notata inferius ad *d. L.* 33.
(2) Add. Joan. Suarez. *Comm. ad L. Aquil.* III. 5. §. 13. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 155. *seqq.*

K 5 L. XVIII.

L. XVIII.

Si post acceptum judicium (1) *possessor usu hominem cepit,*] *L. praec. in fin. L.* 20. *h. t. L.* 2. §. *ult. pro emtor.*

(1) Ut olim potuit. Vid. *LL. citt.* & D. Goth. *in not.* add. Lud. Charond. *Verisim.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 778. *seq.* — De clausula *his rebus recte praestari* in *seq. L.* 19. vid. Cujac. *in Recit. ad h. l.* Schmuccium, *ad Labitt. de usu Indic. Cap.* 2. §. 10. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 19. *seq.* & notata ad *L.* 71. §. 1. *de V. S.*

L. XX.

Quae post acceptum judicium per eum, non ex re sua, adquisivit:] *L.* 25. §. *ult. de usur.* Leonin. *Emend.* III. 7. *num.* 9. (1).

Post acceptum scil. judicium, possessor usuceperit,] *L.* 18. *h. t.*

(1) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.*

L. XXI.

An talis fuerit, ut & custodiri debuerit?] Fugitivus v. c. Vid. *L.* 36. §. 1. *h. t.*

Quo minus enim petitor eam rem persequi potest:] *Quo minus* legit & Huber. *Eun. Rom. p.* 300. & mox post *usucapiat* ponit (?) quod probo. Sed Leonin. *Emend.* I. 16. *num.* 7. *seqq.* legit *usucapiatur:* melius addit *L.* 1. *de usur.* ubi similia. D. Goth. *in not.* „ *Comminus*, Hal. &c." & sic Cod. MS. teste Fornerio, *Rer. Quotid.* I. 80. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 158. *in fin.*] add. Leonin. *loc. modo cit.* (1).

(1) *Comminus* etiam praefert Cujac. *Obs.* XI. 39. Sed

in

in Recit. ad h. l. Florentinam sequitur, eamque defendi posse, dicit *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l. Comminus* mavult quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. item Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Best. *de Ration. Emend. Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 6. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap. ult.* §. *ult. p.* 112. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 588. *not.* 72. *p.* 233. eamque lectionem in contextum recepit Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 26. Flor. a verbis *Pomponius Libro trigensimo nono* &c. novam Legem esse, contra Ruffard. notat Brencm. *d. loc.* Denique in fin. Legis Flor. legitur: *idque Pomponius Libro trigensimo quarto Variarum Lectionum probat.* Sed Vulg. habet *Lib.* XXIV. Hal. *Libro decimo quarto*, & abest τὸ *variarum.* Certe in Indice Florentino *quindecim* tantum *Libri Variarum Lectionum* Pomponii memorantur. Sed an illi Indici hac in re fides sit habenda, possit dubitari, quoniam non tantum hoc loco a Paulo memoratur *Liber* XXXIV. sed etiam Marcianus in *L.* 2. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contrah.* meminit Pomponii *Libri* XL. *Variarum Lectionum:* unde tot quoque Libros Variarum Lectionem scripsisse Pomponium, ait Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 12. & Heinecc. *in Hist. Jur.* I. 4. §. 312. Pomponium saltem ultra XL. Libros Variarum Lectionum scripsisse dicit propter *L.* 8. §. 6. *si servit. vindic.* quamvis in *Praefat. de Sexto Pomponio JCto, Opusc. Varior. Sylleg.* III. *p.* 100. fidem Indicis Florentini defendere conatus sit, in eo tamen lapsus, quod putaverit τὸ *variarum* hoc loco in Cod. Flor. non exstare. add. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 29. *p.* 400. *seq.*

L. XXIII.

In rem actio competit &c.] Vid. Noodt. *ad h. t.* Vs. *Dixi quando* &c. (1).

Qui aut Jure Gentium,] Ergo & *domino bonitario* (2), Fab. *Conject.* XX. 11. non satis sibi constans, *de*

de Errorib. Pragm. Dec. 96. *Error.* 8. & notatus a Bachov. *ibid. num.* 6.

(1) Add. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

(2) Huic jus *vindicandi* competiisse, negat Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 577. *p.* 65. *seq.* quo §. de *dominio Quiritario* & *bonitario* late egit. — Ad *seq.* §. 1. vid. & Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 6. *in fin.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 107.

§. 2.

Si quis rei suae &c.] Contra censuram Autumni defendit Huber. *Eun. Rom. p.* 301. *seq.* (1). Non etiam Grotium improbare sustinet quod ad Jus Gentium.

(1) Et Otto, *in not. ad* §. 26. *Inst. de rer. divis. Plerosque* in *fin. h.* §. intelligi debere *Proculianos*, notat Brencman. *Disp. de Leg. Inscript.* §. 26. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 172. Pro *dominum ejus totius rei effici* Vulg. habet *dominum totius rei eum effici*. Hal. *dominum ejus totius rei eum effici*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse mavult *dominum eum totius rei effici*. — Ad *seq.* §. 3. vid. Interpp. *ad* §. 34. *Inst. de rer. div.* in primis Vinnium & Ottonem. add. Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 9. §. 27. *num.* 3. & Brencm. *Disp. modo laud.* §. 25. *p.* 171. qui Tribonianum erroris accusat, quod hunc locum ita in Pand. retulerit. Egit etiam de *h.* §. Lyclam. *Membran.* I. 15. — De voce *praevalentiam* in *seq.* §. 4. vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 335. & Conrad. *Parerg. p.* 545.

§. 5.

Item quaecunque aliis juncta, &c.] Vid. Cujac. *ad* §. 27. *Inst. de rer. divis.*

Scil.

Scil. excepto eo, quod Cassius de ferruminatione scribit.] De ratione hujus exceptionis dubitat Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de rer. divis.* §. 38. Sed caussam non addit.

Dicit enim, si statuae suae ferruminationi junctum brachium sit, unitate majoris partis consumi:] Al. *ferruminatione injunctum* (1). — Non id esse Juris Naturae, docet Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 8. §. 21. Huber. tamen, *Eun. Rom. p.* 303. ait, induci posse Lege. Sed revera haec omnia sunt ex ingenio JCtorum (2).

In factum actio necessaria est.] Quam eandem esse cum *utili reivindicatione*, de qua *L.* 5. §. 3. *h. t.* vult Merill. *Obs.* VIII. 24.

Singulae oves:] Vid. Chesium, *Different. Cap.* 61. *num.* 13. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 812.] (3).

(1) Ita Hal.
(2) De ferruminatione & plumbatura, & de verbis seqq. *quia ferruminatio per eandem materiam* &c. vid. & Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 141. *seq.* Veteres hac in re dissensisse, putat Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 26. *Inst. de rer. divis. num.* 4.
(3) Add. Vinn. & Otton. *ad* §. 28. *Inst. de rer. divis.* Additur *in fin. h.* §. *quia tota statua uno spiritu continetur*, id est, una specie constat. Vid. Burman. *ad Quinctil. Instit. Orator.* IV. 3. *p.* 354. *seq.*

§. 6.

Nisi adversus eum, qui sciens alienum junxit aedibus:] A Triboniano haec esse, putat Jac. Gothofred. *ad LL. XII. Tabb. p.* 110. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 114.] Idem tamen *L.* 1. *in fin. de tign. junct.* (1).

(1) Add. de hoc §. Interpp. *ad* §. 29. *Inst. de rer. divis.* in primis Vinnium, Jan. a Costa, Ottonem. — Ad *seq.* §. 7. vid. Vinn. *d. loc. Cementis* Graecos verte-

tere χαλκώματα, & addere ἤτοι λίθοις, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui praeterea monet, in *fin. h.* §. pro *si domus per temporis* &c. Hal. & Vulg. habere *etsi domus* &c. & Basil. quoque κἂν, nec tamen Florentinam deserendam esse. *Si* enim pro *etsi* saepius ponitur. Vid. notata superius ad *L.* 18. §. 1. *de Judiciis.*

L. XXIV.

Forte si per domum quis suam passus est aquaeductum transduci (1):] Ab Interprete antiquo esse, putat Noodt. *ad h. t.* Vs. *Volens igitur Praetor* &c. (2).

Item rusticorum: nam & hic traditionem & patientiam tuendam constat.] Nam nec hic Civiles competunt actiones, nisi a domino sint constitutae. Jason. *ad* §. *Sed istae. Inst. de action. num.* 18. (3).

(1) *Transduci* aeque rectum, ac *traduci.* Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XLII. 22. §. 6. & Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Vir. Illustr. Cap.* 11.

(2) Et *ad tit. de servit. praed. rustic.* in fin. Sed vid. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 1. *p.* 88. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc. tit.* §. 593. *not.* 25. ubi etiam refutat Reinold. *Opusc. p.* 371. qui verba Ulpiani transponit. Egit de his verbis etiam Franc. Ramos del Manzan. *ad tit. D. de servitutib. Part.* II. *Cap.* 1. §. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* VII. *p.* 53. Ad verba praecedentia *per traditionem constitutis vel per patientiam* vid. Noodt. *de Usufruct.* II. 2.

(3) Jasoni obloquitur Lud. Vital. *Variat. Lection.* I. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 656.

§. 2.

Quia vitiorum defuncti successor est.] L. 11. *Cod. de adq. & retin. poss.*

§. 3.

Quo experiat,] Cujac. *in Comm. ad L.* 4. *de usurp. & usuc.* (1) legit *quo & partat.* Graeci ἐν τῷ κινεῖν. [*Tom.* II. *p.* 226.] (2). Pro Vulg. vid. & Charond. *in not. ad h. l.* qui ait, in donatario plus exigi, quam in emtore, quia titulo lucrativo possidet. Nihil mutandum, docet Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 27. add. And. Pulvaeum, *ad L. Atiniam*, *Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 334.] (3).

(1) Et *in Recit. ad h. l.* quem sequitur Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Voet. *ad h. t. Pand.* §. 4. Labitt. *in usu Indic. Cap.* 5. §. 18. ibiq. Schmuccius, *in not.* in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 95. *seq.* Branchu, *Obs. Dec. Alter. Cap.* 19. Remold. *laud. Exercitat.* §. 6. *seqq. p.* 676. *seqq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Aliter Schroder. *Obs. Jur. Rom.* III. 2. *p.* 208. *seqq.* & Gluck. *loc. cit.* §. 597. *p.* 341. *seqq.* qui hoc singulare esse putant in partu ancillae furtivae.

(2) Hoc etiam notat Leunclav. *Notator.* II. 24. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1508.

(3) Item Leonin. *Emendat.* V. 10. *num.* 1. Otton. *in Praefat. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 16. in primis Cl. van der Keessel, *Diss. supra laud. de usuc. partus & foet. rei furtiv. Cap.* 4. §. 16. & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 4.

§. 4.

Ex ea caussa partem *me usucapere* ;] Lege *partum* (1).

(1) Est vitium typographicum: aliae editt. Goth. quoque *partum* habent. Pro *casibus* in seqq. verbis Hal. & Vulg. habent *caussis*. Bas. αὐτῶν. Nihil tamen mutandum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. §. 5. vid. Cl. van der Keessel, *Diss. modo laud.* Cap. 2. §. 13. & ad §. 6. & *seqq.* vid. Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Noodt. *ad h. t.* VI. *Promittit igitur Praetor* &c.

L. XII. (1).

(1) Initialia hujus Legis verba *cum sponsus sponsae* &c. Hexametrum esse, notat Scip. Gentil. *Parerg.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1350. add. notata superius ad *L.* 28. §. 3. *de Judic.* Egit de hac Lege etiam Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict.*

§. 1.

Uti potest Publiciana.] Modo illa competierit defuncto, juxta *L.* 7. §. 9. *h. t.* Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1) quod non probo.

(1) Item Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* Vid. & de hoc §. Lud. Vitat. *Variar. Lection.* II. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 656. & Noodt. *ad h. t.* VI. *Volens igitur Praetor* &c.

§. 2.

In vectigalibus,] Civitatum scil. Fab. *de Erroribus Pragm. Dec.* 65. *Error.* 4.

Et in aliis (1)] Triboniano adscribit Faber, *d. loc. Dec.* 63. *Error.* 9. sine caussa.

Quae usucapi non possunt,] Fab. *d. loc. Dec.* 64. *Er-*

Error. 2. minus bene. Ratio est, quia hoc jus usucapi nequit (2), & alia forte in *L.* 9. *de usurp. & usuc.* Vid. & Fab. *ibid. Error.* 3. sed caute. — D. Goth. *in not.* „ Longo tempore adquiri possunt. &c. " Vid. Cujac. *in Parat. ad tit. Cod. de praescript. long. temp.*

Publiciana competit.] Positis terminis habilibus. Fab. *d. loc. Error.* 1. non ubique recte.

(1) Puta stipendiariis, & tributariis, quae in Provinciis sunt. Cujac. *loc. modo cit.* & *in Recit. ad h. l.*

(2) Quia non habebant Jus Civile. Steph. Luzac. *Spec. exhib. Obs. nonnullas ad L. Jul. de fundo dotal. Cap.* 2. §. 11. *p.* 33. Lugd. Batav. 1781. add. de hoc §. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 593. *seq. p.* 317. *seq.* & §. 597. *p.* 352. *seq.*

§. 5.

Nondum anniculo] Et proin nondum usucapto. Vid. Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Et *in Recitat ad h. l.* Quis dicatur *anniculus*, vid. apud Heinecc. *ad L. Jul. & Pap. Popp. p.* 219. *seq.* & ad Brisson. *de V. S.* in voc.

§. 6.

Si pro parte quis rem petere vult, Publiciana actione uti potest.] Per *L.* 7. §. 8. *h. t.* junct. *L.* 35. §. *ult.* & *L.* 76. *tit. praec.* (1).

(1) Ad seq. §. *ult.* valde pertinere *L.* 127. *de reg. Jur.* & *L.* 17. *quod met. causs.* notat Cujac. *in Recit. ad h. l.* — Ad seq. *L.* 13. *pr.* & §. 1. vid. Noodt. *ad h. t.* Vs. *Ut ut erit* &c. add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 33. §. 3. item Jac. Gothofred. *ad L.* 23. *de reg. Jur.* in ej. *Oper. Minor. p.* 807. & A. J. Cuperus, *Obs. Sel. de Natur. Possession. Part.* II. *Cap.* 22. *p.* 96. — Ad §. 2. vid. Cujac. *ad L.* 30. *de verb. oblig.* & qui pluribus de hoc §. egit, Chesium, *Interpr.*

terpr. Jur. II. 17. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 431. *seqq.*

L. XIV.

Papinianus &c.] Vid. Gul. Forner. *Selection.* III. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 88.] (1).

Veluti si non auctor *meus* &c.] Id est, procurator tuus, a quo ego emi.

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* VI. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.* & Fopp. ab Æzem. *Diss. Jur. Civ.* I. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 809. Pro *sed quod judicio emti* &c. in praecedentibus Legis verbis Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* legere mavult: *si quid judicio emti* &c.

L. XV.

Licet possessionem rei traditae per eum nanctus non sim.] Corporaliter. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 21. *Thes.* 3. *Lit. B. & C. p.* 289. *seq.* (1). — Quod si dicas, id non semper requiri, facile te extricabis ex illis, quae exercitum habent Huberum, *Eun. Rom. p.* 319. *seqq.*

(1) Add. Maran. *ad tit. de adq. vel amitt. poss. Oper. p.* 809. & Finestr. & de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 859.

L. XVI. (1).

Exceptio justi dominii Publicianae objicienda (2) *est.*] Add. Bachov. *de Action.* III. 23. (3).

(1) Hujus Legis inscriptio varie editur. Hal. ita transponit: *Lib.* X. *Quaestion. Papiniani.* Vulg. habet *Papinianus Lib.* X. &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Ita Hal. Sed Flor. *obiicienda.* Vid. notata superius ad *L.* 1. *§.* 1. *de Senator.*

(3) Et Cujac. *ad Lib. X. Papinian. Quaest. in expl. h. l.*

L. XVII.

Publiciana actio non ideo comparata est, &c.] Hinc explicanda *L.* 57. *mandat.* (1).

(1) De qua vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 19. §. 1. & quos plures inferius ad eam Legem citabimus.

TITULUS III.

SI AGER VECTIGALIS, ID EST, EMPHYTEUTICARIUS, PETATUR.

Ager vectigalis] Cicer. *ad Divers. Lib.* XIII. *Epist.* 7. & 11. Amm. Marcellin. XXV. 4. *p.* 426. ibiq. Vales. Unde *actio vectigalis*, *L.* 15. §. 26. *de damn. infect.*

Id est (1), *emphyteuticarius* (2),] Haec differre, & priora tantum esse Reipublicae, vel Civitatum, putat Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 65. *Error.* 4. (3) quod non placet. Vid. & Fab. *ibid. Dec.* 64. *Error.* 1. *in fin.*

Petatur.] *Si ager vectigalis petatur, caussa cognita, judicium dabo.* Ita Edictum concipit Cujac. *in Parat. ad h. t. Pand.* (4). Aliter Fab. *d. loc. Dec.* 65. *Error.* 3.

(1) Hal. & Vulg. omnes habent *vel*, & sic etiam quaedam Mss. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vulg. & pleraque Mss. *emphyteoticarius.* Vid. Brencm. *d. loc.*

(3) Et in *Ration. ad L.* 1. *h. t.* Etiam Jan. a Costa, *in Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ.*

(4)

Civ. p. 348. *seq.* dicit, agros vectigales in Pand. proprie appellari agros Civitatum, non privatorum. Sed Cujacius, *in Recit. ad h. t.* stultos esse, ait, qui inter haec differentiam constituunt. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 600. *p.* 380. *seqq.* agros vectigales & emphyteuticarios Jure Justinianeo non quidem differre putat, sed olim fuisse distinctos. Vid. & Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* Triboniani manum hic odoratur Wissenbach. *Embl. Tribonian. Cap.* 2. *p.* 28. *seq.* Sed. vid. Wybon. *in Tribonian. defens. Cap.* 2 §. 5. *p.* 257. *seqq.* Ceterum, de *Emphyteusi* plures exstant Tractatus, ut videre est in Lipen. *Biblioth. Jurid.* ejusque Supplementis, & apud Gluck. *loc. laud. not.* 66. *p.* 391. *seq.* quibus addi possit Car. Frid. Brand, *Specim. exhib. doctrinam de Emphyteusi, ex Jure Rom. & Patrio illustratam.* Lugd. Batav. 1782. & J. F. de Dompierre de Jonquieres, *Diss. de Emphyteusi.* Lugd. Batav. 1794.

(4) Et *in Recit. ad h. t.* item Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 2. Paulo aliter Heinecc. *ad Edict. perpet. Opusc. Postum. p.* 475. *seq.*

L. I.

Vectigales vocantur, qui in perpetuum locantur:] Inde, quos hodie *Emphyteutas* dicimus, *Colonos* vocat Cicer. *ad Divers. Lib.* XIII. *Epist.* 11.

Tamdiu — quamdiu] Pro *quamdiu — tamdiu* (1).

Vectigal pendatur] Inde Municipes sacra procurabant, & sarta tecta Ædium Sacrarum, & locorum communium &c. tuebantur. Cicer. *ibid.* (2).

(1) Inversa loquendi ratio, Veteribus familiaris. Vid. notata superius ad *L.* 7. §. 8. *de pactis.* Malam e Graeco versionem somniat Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 43. Pro *alii non* in initio Legis Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 65. *Error.* 4. geminata voce *vectigales* legit *alii non vectigales. Vectigales vocantur* &c. probante Gluck. *loc. modo cit. not.* 24. *p.* 381.

(2) Add. Burman. *de Vectig. Pop. Rom. Cap.* 1. *p.* 11.

§. 1.

Quamvis non efficiantur domini (1),] *L.* 71. §. 5. *&* 6. *de Legat.* 1°.

Tamen placuit &c.] Prudentibus, unde & actio haec *Civilis* videtur, non *Praetoria.* Vid. D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 11. in fin. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 27.] Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 63. *Error.* 9. (2).

Competere eis in rem actionem.] Quam privatis agris olim non concessam fuisse, putat Fab. *d. loc. Dec.* 65. *Error.* 4.

(1) Accipiendum hoc esse secundum strictum jus antiquum, quo soli domini vocabantur, qui rem *Jure Quiritium* haberent, putat Gluck. *d. loc. tit. de reivind.* §. 577. *p.* 81. & *hoc tit. p.* 378.
(2) Et *Dec.* 65. *Error.* 3. & *in Ration. ad h. l.* add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* & Gluck. *d. loc. p.* 379.

L. III.

Ad tempus] Etiam modicum, Fab. *d. loc. Dec.* 63. *Error.* 10. (1). Cujacius, *in not. posteriorib. ad tit. Inst. de loc. cond.* (2) hoc intelligit de tempore majore, quam lustrum est.

(1) Et *in Ration. ad h. l.*
(2) Item, *in Recit. ad h. t.* & *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 1. *&* 3. *h. t.*

LIBER SEPTIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE USUFRUCTU, ET QUEMADMODUM QUIS UTATUR FRUATUR (1).

(1) *De Servitutibus personalibus*, & *praedialibus* Librum conscripsit Jo. D'Avezan. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 119. *seqq.* & *Varias Dissertationes de Usufructu*, M. Aurel. Galvanus, cujus Operis nova editio prodiit *Tubingae*, 1788. 4. Alii etiam auctores, qui de hoc argumento egerunt, citantur in *Biblioth. Juridic. Lipen*, ejusque *Supplem.* In primis autem videndus est Noodtius, qui duos *de Usufructu* Libros composuit. — De voce *rerum* in *L.* 1. *h. t.* vid. Marckart. *Interpr. Recept. Lect. Jur. Civ.* II. 23. §. 4. *p.* 320. & de voce *enim* in seq. *L.* 2. *ibid.* *p.* 321. add. de hac Lege Noodt. *de Usufr.* I. 4. Majans. *Disp.* XVII. §. 5. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 631. *p.* 159. *seqq.* — Verbis *omnium praediorum* in seq. *L.* 3. *pr.* intelligi praedia Italica & Provincialia, notat Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. *not.* 38. in *Jurispr. Antejustin.* *p.* 458. add. Noodt. *loc. modo cit.* quem etiam vid. *ibid.* II. 2. de verbis: *Et sine testamento autem si quis velit usumfructum constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere potest.* ubi τὸ *et* vulgo abest. Apud Hal. *autem.* — Pro *constitit* in seq. §. 1. Hal.

& Vulg. habent *constituitur*. Basil. quoque *συνίσταται*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & sic legendum, censet Ant. Faber, *in Ration. ad h. l. Constitit* tamen legitur quoque in seq. §. 3. quamvis & ibi Hal. & Vulg. *constituitur* reponant. — In seq. §. 2. in fin. Flor. legitur: *& proprietatem reverti*. Similiter in *L.* 7. *pr. h. t. omnis fructus rei fructuarium pertinet*, ubi tamen *ad* suppletum est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. eamque praepositionem etiam hic desiderari, censet Taurellius; nec dissentit Auctor Anonymus, in *Obs. Miscellan. Vol.* II. *p.* 136. qui putat τὸ *ad* latere in vocula *et*.

L. IV.

Ususfructus in multis casibus *pars dominii est:*] Non *simpliciter*. *L.* 25. *de V. S.* (1). *Pars dominii est*, id est, *loco dominii est*. Bud. *in Ling. Graec. p.* 772. Noodt. *de Usufruct.* I. 2. Sic Tacit. *Histor.* II. 47. *Plura de extremis loqui* pars *ignaviae est*. — *Portionis instar obtinet*, Ant. Fab. *Conj.* XV. 8. *num.* 12. (2) add. Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* [& *ad Lib.* III. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 27. §. 8. *de pact.*] & Rad. Forner. *Rer. Quotidian.* II. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 174. *seq.*] — De illo usufructu, qui cum proprietate conjungitur, accipit, & exempla dat Chesius, *Different. Cap.* 39. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 738.] (3). Alii aliter. Vid. Hillleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* IX. 9. *Lit. C.* & ipsum Donell. *ibid.* & X. 2.

Et exstat, &c.] Schol. Basil. [*Tom.* II. *p.* 263.] καὶ τοῦτο ἐντεῦθεν δείκνυταί τε καὶ δηλοῦται, κ. τ. λ. & Gloss. τὸ *exstat* explicat *certum est* (4).

Quod vel praesens, vel ex die dari potest.] In quo est dominii similis. Schol. Basilic. add. Chesium, *d. loc. Cap.* 42. *num.* 15. & *Cap.* 48.

(1)

(1) In multis enim casibus hoc fallit. Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 20. §. 4.
(2) Et *in Ration. ad h. l.* Ipse Schulting. *loc. modo cit.* verba *pars dominii est* explicat: *effectum partis obtinet*, seu *instar & similitudinem habet partis dominii.* Vid. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 632. *p.* 165. *seq.* qui etiam allos laudat.
(3) Sic etiam Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de usufr.* §. 2. & *ad h. t. Pand.* §. 2. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 3. Mercer. *Conciliat. Cap.* 4. Majans. *Disp.* II. §. 49. *seqq.* aliique.
(4) *Apparet* & *exstat* conjungit Cicer. *de Orator.* I. 16. & *extare* pro *patere*, *notum & perspicuum esse*, dixisse Eund. *Philipp.* IX. 3. notat Ernest. *Clav. Ciceron.* voc. *extare.* Etiam Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* *exstat* interpretantur *constat.* Vid. & Brisson. *de V. S.* in voc. *num.* 3. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* reponit *constat.* Keesselius *exstat* exponit *existit*, scil. in persona domini, quam ob caussam ususfructus etiam ex die constitui potest, secus ac servitus praedialis. Conf. *L.* 1. *de us. & usufr.* &c.

L. V.


Ususfructus & ab initio pro parte indivisa vel divisa constitui, &c.] Vid. Scip. Gentil. *de Divid. & individ. oblig. Cap.* 15. [Oper. *Tom.* I. *p.* 147. *seq.*] ubi Hotomannum refellit (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.* Jan. a Costa, *in Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 28. *seq.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 20. §. 5. — Ad seq. *L.* 6. vid. Noodt. *de Usufr.* II. 1. *seqq.*

L. VII.

§. 1.

Ut puta aedium,] *Aedes*, *domus*, *aedificia*, quomodo differant, docet Noodt. *de Usufr.* I. 10. (1).



Ex areis,] Vid. *L.* 3. *in quib. cauff. pign. vel hyp. tac. contr.* (2).

Unde etiam mitti eum in possessionem vicinarum aedium &c.] Vid. Noodt. *d. loc.* I. 14.

(1) Quo Capite & seqq. egit de usufructu *domus*, seu *aedium.*
(2) Add. Noodt. *d. loc.* I. 13. *pr.*

§. 2.

Hactenus tamen, ut sarta tecta habeat:] Vid. Noodt. *d. loc.* I. 14. (1).

Si qua tamen vetustate corruissent, neutrum *cogi reficere:*] Ergo nec proprietarium (2). Vid. Ciceronem, *in Topic.* citatum a Noodtio, *d. loc.*

Ut puta stipendium, vel tributum, vel salarium;] Vid. Noodt. *d. loc.* I. 9. (3).

Vel alimenta ab ea re (4) *relicta,*] Vid. *L.* 8. §. 1. *de transact.* & Noodt. *d. loc.* I. 14.

(1) Add. Donell. *in Comm. Jur. Civ.* X. 13. Vs. *Ex his* &c. Praecedit in Lege: *Celsus scribit. Celsus Libro octavo decimo Digestorum.* Ubi alterum *Celsus* videtur per errorem repetitum, & expungendum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Simile vitium supra observavimus in *L.* 2. §. 38. *de Orig. Jur.*
(2) Minus recte adeo Hal. pro *neutrum* substituit *neutiquam.* Etiam Graeci habent οὐδέτερος ἀνανεοῦν ἀναγκάζεται. Vid. Brencm. *d. loc.*
(3) Ubi pro *salarium* legi mavult *solarium.* add. Idem, *ibid.* I. 14. *Solarium* habet quoque Hal. & sic legendum, notat etiam Merill. *ad L.* 3. *D. de servitut.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 636. Burman. *de Vectig. Pop. Rom. Cap.* 12. *p.* 205. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 636. *a. not.* 34. *p.* 258.
(4) Vox *re* in Pand. Flor. deleta est, unde factum, ut in

ab

ab eo transierit, uti habent Hal. & Vulg. omnes. Vid. Brencm. *d. loc.* Florentinam confirmant Basilic. *Tom.* II. *p.* 246.

§. 3.

Quemadmodum adferere cogitur arbores i] Προσφυτεύειν, Gronov. *ad Stat. Sylv. Lib.* I. *Ecl.* 1. *vs.* 27. *p.* 367. ed. a. 1653. ubi carpit Cujacium a D. Goth. citatum (1).

Et similia facere:] Pro; *reficere.* Noodt. *de Usufr.* I. 11. circa fin. (2).

(1) Sed male citatum: scribendum enim, *Obs.* XI. 36. add. Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 38. *Inst. de rer. divis.* & Otton. *in not. ad eund.* §. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *adferere* explicat *juxta veteres arbores novas serere*, & adfert locum Varron. *de Re Rustic.* I. 26. *vites propter cupressos adserere.* Hal. & Vulg. omnes habent *subserere.*

(2) Apud Hal. *τὰ ut & facere* absunt. Basil. *οἷον γράψαι, καὶ ψηφῶσαι, καὶ τὰ λοιπά.* De *tectoriis* vid. Zoamett. *Restitution. Cap.* 24. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 663. Noodt. *de Usufr.* I. 11. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 635. *not.* 91. *p.* 246. *seq.*

L. IX. (1).

(1) De hujus Legis *pr.* vid. Noodt. *de Usufr.* I. 5. quo Capite, & seqq. de usufructu *fundi* egit.

§. 1.

Et, si apes &c.] Al. *lapides*, probante magis Noodt. *de Usufruct.* I. 6. & 7. (1).

(1) Basil. tamen diserte *μελισσῶν* mentionem facere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Nihil etiam monuit Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 9. Sed *lapides* mavult quoque legere Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 2.

Omnibus his usurum] Modo renascantur: alioquin vendenda erunt, quae ita percipiuntur, & pretio fruetur fructuarius, Vid. Sand. *Decision.* V. 3. *Defin.* 2. & Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 25. *Def.* 5. (1).

(1) Sic etiam Voet. *ad h. t. Pand.* §. 24. Sed rejicit hanc distinctionem Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 106. *Medit.* 6. & 7. Vid. de hoc & seq. §. etiam Noodt. *Obs.* I. 9.

§. 3.

Sed si haec metalla &c.] *Sed et si haec metalla* &c. Vulg. (1) quod praefert Noodt. *de Usufr.* I. 6.

(1) Vulg. proprie habet *sed si et metalla* &c. Sed Hal. & H. a Porta *sed & si metalla* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui hanc lectionem confirmat ex Basil. Articulum quemdam hic a Triboniano omissum esse, censet Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 562.

§. 4.

Et placuit, alluvionis quoque usumfructum ad fructuarium pertinere.] D. Goth. *in not.* „ Rejecta Pauli opinione, quae exstat apud Eund. III. *Sent.* 6. §. 22. " Sed vid. ad illum locum (1).

Nam ubi latitat (2) *incrementum, & usufructus augetur: ubi autem apparet* &c.] Vid. Wissenbach. *Disp. ad Pand. tit. de Legat.* 1°. §. 7. & Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 13. *Def.* 17.

(1) Schulting. *not.* 49. add. Merill. *Obs.* V. 18. & *ad L.* 16. *D. de servitut.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 640. Noodt. *de Usufr.* I. 6. in fin. Bynkersh. *Obs.* V. 7. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach*

Hellfeld. hoc tit. §. 633. *not.* 73. *p.* 200. *& seq.* Egit de loco Pauli citato etiam Nic. Catharin. *Obs. & Emend.* II. 18. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 780. & Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 44. *seq.*

(2) Ita Hal. Flor. *latitet.* Vulg. *latet.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 5.

Aucupiorum quoque & venationum reditum &c.] Vid. Paul. *in Sent.* III. 6. §. 22. Facit huc *L.* 12. §. 12. *de instr. & instr. leg.* & *L.* 15. §. 6. *h. t.* Noodt. *de Usufr.* I. 7. (1).

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 23. Toullieu, *in Collectan. p.* 204. Gluck. *loc. modo cit. p.* 202. *seq.* — Ad seq. §. 6. vid. Noodt. *d. loc.* I. 7. Pro *seminarii autem fructum* &c. Vulg. habet *seminarios autem fructus* &c. Hal. *seminarii etiam fructus* &c. Quid sint *seminarii* fructus, docet quoque Zoannett. *Restitution. Cap.* 23. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 662. add. Brisson. *de V. S.* voc. *Seminarium.*

§. 7.

Instrumenti autem fructum habere debet:] *L.* 15. §. 6. *h. t.* Mantic. *de Conject. ultim. volunt.* IX. 2. *num.* 16. *&* 17.

Unde palo in fundum, cujus usufructus legatus est, solebat paterfamilias uti,] Columell. IV. 30. & Noodt. *de Usufr.* I. 7. (1).

Tunc enim & vendere potest.] *L.* 59. §. 2. *h. t.*

(1) Ubi hunc §. explicuit, add. Gluck. *loc. modo laud. p.* 205. *seq.* Additur in fin. Legis: *ad modum enim referendum est*, &c. id est, ad institutum patrisfamilias. Vid. Noodt. *de Usufruct.* II. 9.

L. X.

Ex sylva caedua pedamenta, & ramos ex arbore usufructuarium sumturum:] In casu, quo usufructus non syl-

ſylvae, ut praec. *L.* §. *ult.*, ſed ipſius fundi competit. Zoeſ. *ad h. t. Pand. num.* 17. Aliter Wiſſenbach. *ad L.* 30. *de V. S.* Noodt. *de Uſufr.* I. 7. in fin. *Ex ſylva caedua*, ſi renaſcatur ex radicibus, *pedamenta*, *et*, ſi ex ſtirpe renaſcatur, *ramos* &c. (1).

Ex non caedua, in vineam ſumturum,] Id eſt, ad *palum* & *perticam*, non ad *lignum*. Noodt. *d. loc.*

(1) Sed hoc ingenioſius eſſe, quam verius, dicit D. J. van Lennep. *Exercit. Jur. Exerc.* 4. ubi hanc Legem docte & eleganter explicuit.

L. XII. (1).

(1) De hujus Legis *pr.* vid. Noodt. *de Uſufr.* I. 9.

§. 1.

Navis uſufructu legato, navigandum (1) *mittendam puto, licet naufragii periculum immineat:*] Uti ſemper fit: non vero poteſt omni tempeſtate (2). Inepte quidam carpunt hoc. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 322. *ſeq.* Noodt. *de Uſufr.* I. 3. *immineat* explicat *imminere poſſit*.

(1) Hal. & Vulg. *navigatum*: quod praefert Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. Gronov. *ad Juſtin.* XVII. 3. 4. *p.* 884.
(2) Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & C. J. Vaillant. *Specim. de Uſufr. Navium, Cap.* 3. §. 2. Lugd. Batav. 1802. add. notata ſuperius ad *L.* 36. §. 1. *de reivind.*

§. 2.

Vel vendere poteſt:] Ut emtorem Praetor tueatur. *L.* 11. §. 2. *de pign. & hyp.* (1).

Nam & qui locat, utitur:] *L.* 10. §. 1. *comm. divid.*

Et

Et qui vendit, utitur:] Add. *L.* 35. *h. t.*

Non solum autem, si ego locavero, &c.] Vid. *L.* 29. *quib. mod. ususfr. vel us. amitt.*

(1) Explicuit hunc §. Majans. *Disp.* IV. §. 14. *seqq.* Pauca de eo habet Cujac. *ad Lib.* XXXV. *Julian. Digestor.*

§. 3.

Ut puta aegrotanti servo,] Al. *aegrotante*, vel *aegrotantis servi* (1).

Vel infanti (2),] Al. *infante*, vel *infantis.*

Vel defectae senectutis homini.] Al. *homine*, vel *hominis.*

(1) Prior lectio est Haloandr., posterior Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Haloandrinam praefert.

(2) Additur: *cujus operae nullae sunt.* Hoc pro interpretatione accipit Rad. Forner. *Rer. Quotid.* I. 21. *in Thes. Otton. Tom.* II. *p.* 150. & intelligit minorem quinquennio. arg. *L. ult.* §. 1. *de oper. servor.* Conf. notata inferius ad *L.* 55. *h. t.* Egit de hoc loco etiam Galvan. *de Usufr. Cap.* 31. *num.* 6. & ad ultimam hujus §. partem quaedam notavit Cujac. *ad Lib.* XXXV. *Julian. Digestor.*

§. 4.

Quod intra constitutum tempus *ex re fructuarii stipulatus est,*] *L. pen. Cod. h. t.* (1).

(1) Sequitur in Lege: *Per quod colligi posse dici.* Hal. *colligi posse dicit.* Vulg. *colligi posse didici.* Vid. Brencm. *h.* qui mavult *collegi posse dici.* Posset etiam Vulgatae succurri geminatis literis *di* in *dici*, ut *ibid.* addit Gebauer.

§. 5.

§. 5.

Magis proprietario condictionem competere:] A quo recedit Autumnus. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 323. *seq.* (1).

Marcellus autem &c.] D. Goth. *in not.* „ Dissentiens a Juliano." Eumque notans, sed captiose.

Quod, si postea fructus istos nactus fuerit fructuarius, fortassis fiant ejus:] Et sic ipse condicere possit.

(1) Egit de hoc §. quoque Cujac. *ad Lib.* XXXV. *Julian. Digestor.* & Noodt. *de Usufr.* I. 3.

L. XIII.

Si boni viri arbitratu usurum fruiturum (1):] Hoc notat Priscian. *Lib.* X. *p.* 883. Sic & *L. ult. usufruct. quemadm. cav.* quae huic jungenda. Merill. *Obs.* V. 33. (2).

(1) De voce *fruiturum* vid. notata superius ad *L.* 62. §. 1. *de reivind.*

(2) Add. Noodt. *in Jul. Paulo, Cap.* 7. & *de Usufr.* I. 18. *seq.* cujus tamen doctrinam, si fructuarius invenire fidejussores nequeat, vix putem probandam. Æquior certe est sententia Voetii, *ad tit. Pand. usufruct. quemadm. cav.* §. 3. add. Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de usufr.* §. 9. *in fin.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 22. §. 10. Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. d. loc.* Formulam autem hanc explicuit quoque Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. *p.* 67. *seqq.* Pauca de hoc §. habet Cujac. *ad Lib.* XXXVIII. *Julian. Digestor.* — In seq. §. 1, verbum *arbitratur* passive sumitur. Simile exemplum supra habuimus in *L.* 27. §. 4. *de rec. qui arbitr. rec.* ubi vid. notata.

§. 2.

Denique consultus, quo (1) *bonum fuit,* actionem *polli-*

veri Praetorem,] *Stipulationem*, & ex ea *actionem*. *L.* 37. *de oblig. & action.* (2).

(1) Vulg. *quod*, ex erronea Pand. Flor. correctione. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Quo* hic esse *ad quid?* notat Schulting. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 8. *not.* 50. add. citatos superius ad *L.* 4. *pr. si quis caut. in jud. sist.* &c. Neque adeo necesse, ut pro *quo* reponamus *quoi*, id est, *cui*, cum Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 49. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 798. *seq.*

(2) Add. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de interdict. p.* 596. Sequitur: *quia sunt casus, quibus cessat Aquiliae actio.* Jo. Suarez. *in Comm. ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 2. §. 31. & III. 7. *Sect.* 1. §. 32. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 93. & 167. hoc accipit de actione *directa*, non de *utili*. Rectius verba haec ita intelliguntur: *quia sunt casus*, seposita scil. cautione fructuaria, *quibus cessat Aquiliae actio*, ubi nempe damnum datum est omittendo ab eo, qui civiliter non erat obligatus ad praestandam diligentiam. Haec autem est caussa usufructuarii, qui Civili Jure poterat uti frui, quo modo volebat. Quapropter ne haec res domino noceret, Praetor cautionem introduxit. Conf. Voet. *ad tit. Pand. ad L. Aquil.* §. 3.

§. 3. (1).

Cur enim — ad arma & rixam procedere patiatur Praetor, &c.] Add. Cassiodor. *Variar.* IV. 10. Facit huc Cicero, *pro Caecin. in pr.* (2).

(1) In Vulg. hic incipit *L. Aequissimum*, teste Contio. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Leonin. *Emend.* VI. 11. qui post τὰ *judicium dari* inserit *ut quisque pro parte separatim fruatur.*

(2) Add. Cujac. *ad Lib.* XXXVIII. *Julian. Digest. in expl. h.* §. Saepius Celsum citare Julianum, ejusque sententiam probare, docet van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 25. *p.* 179.

§. 4.

Et si forte voluptate *fuit praedium* &c.] Τὰ πρὸς τέρψιν, Graeci [*Tom.* II. *p.* 250.] Noodt. *de Usufr.* I. 5. (1) legit *voluptare*, ubi plura.

(1) Et *Obs.* I. 5. *Voluptare* probat quoque Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 635. *not.* 67. *p.* 234. Abreschius a Reitzio laudatus, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 374. legit *voluptati:* ipse autem Reitzius, *voluptatis.* Hier. van Alphen, *Diss. de Javolen. Prisco*, *Cap.* 3. §. 6. in Nov. Thes. Diss. Jurid. G. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 41. *voluptati* scriptum putat pro *voluptatis*. *Voluptati* legit quoque Majans. *Disp.* II. §. 34. & Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* IV. §. 14. *p.* 64. item Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, Flor. recentiorem manum *voluptuarium* scripsisse, sed recte hoc neglexisse Taurellium, quamvis inde Hal. & Vulg. habeant *voluptarium*, & sic etiam pleraque Mss. De *viridiis*, seu *viridariis*, seu *viridiariis*, vid. van Alphen. *loc. modo laud.* & auctores ibi citt. add. Burman. *ad Phaedr.* II. 5. 20. & notata ad *L.* 79. §. 1. *de verb. signific.* De *gestationibus* vid. Noodt. *loc. cit.* & Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* IV. *p.* 136. *seqq.* ubi §. 10. hujus §. sensum quoque exposuit. add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 32. *num.* 1.

§. 5.

Et si forte in hoc, quod instituit, plus reditus sit, quam in vineis, vel arbustis, vel olivetis, quae fuerunt, forsitan etiam haec dejicere poterit,] Haec a mala manu esse, suspicatur Noodt. *Obs.* I. 9. & *de Usufr.* I. 6. ob *L.* 44. *L.* 7. §. *ult.* *L.* 8. *L.* 14. *h. t.* (1).

(1) Sed Noodtio obloquitur Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* VIII. §. 1. & Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 46. Audaciorem esse hanc Noodtii expunctionem, dicit Gul.

Gul. Bilderdyk. *Obs. & Emend. Cap.* 37. *in fin. p.* 220. Nihil quoque in hac lege notat Majanf. *Disp.* II. §. 34. ubi hujus §. sententiam proposuit. De verbo *meliorare*, quod in Lege sequitur, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 335. & Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 18. §. 1. *not.* 2. add. de hoc §. Hugo, *Civilist. Magazin*, 3. *B.* 3. *Heft*, *Num.* XIII. *p.* 257. *seqq.* & Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 620. *not.* 26. *p.* 11. & §. 635. *p.* 240. *seqq.*

§. 6.

Sed nec aedificium quidem positurum in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium sit.] Per *L.* 1. §. 1. *si usufr. pet.* (1).

(1) Obstat *L.* 61. *h. t.* ad quam vid. notata. Ad priorem hujus §. partem vid. Noodt. *locc. modo citt.* Pro *legulorum* Vulg. habet *figulorum*, & sic etiam quaedam MSſ. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. eamque lectionem in contextum recepit Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 38. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* VIII. §. 2. legit *bajulorum*, id est, qui operariis sunt ad manus, & adferendo, efferendoque labores promovent. Sed Florentinam tuetur Sammet. *Opuscul. p.* 231. & Gluck. *loc. modo cit.* §. 635. *not.* 90. *p.* 245. *seq.*

§. 7.

Sed, si aedium ususfructus &c.] Vid. ad hunc §. Noodt. *de Usufr.* I. 11. qui pro *lumina immittere* mallet *tueri*, ut *L.* 44. *h. t.* aut simile; aut saltem *immittere* ita interpretatur, ut significet, *fructuarium posse tueri, sive reficere vetera lumina* &c. Sic & *L.* 7. *in fin. h. t. facere* dicitur pro *reficere*. Idem putat de seqq. verbis: *sed & colores* &c. (1).

Sed & colores, & picturas, & marmora poterit, &c.]

Obstare videtur *L.* 61. *h. t.* ubi vid. Huber. *in Eun. Rom.*

Vel refugia *aperire:*] *Cryptas* voluisse dicere Ulpianum, putat Casaubon. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 10. *p.* 87. & quidem durius locutum: de quo dubito. Vid. Noodt. *de Usufr.* I. 11.

Item Nerva, eum, cui aedium usufructus legatus sit, altius tollere non posse:] De hoc & aliis Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 22. (2) non probandus.

(1) Sed Noodtio contradixit Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 47. *seq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 635. *not.* 72. *p.* 236. add. de hoc §. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. §. 10. *p.* 61. *seqq. Posticas* Pothier. *in not. ad h. l.* dicit esse *posteriores aditus domus.*

(2) Et II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 593. *&* 595. *seqq.*

§. 8.

Item si domus &c.] Vid. de hoc §. Noodt. *de Usufr.* I. 13. (1).

Quod autem dicit, meritoria &c.] Haec sunt Ulpiani, priora Sabini.

Vel fullonica *appellant*] Vid. Cujac. *Obs.* XXIII. 2. (2).

Si id locare coeperit, ut publice lavet:] Vid. Raevard. *Conjectan.* II. 3. *Lavet* pro *lavetur*, Leonin. *Emendat.* IV. 10. non bene (3).

Quod erat domus jumentis & carrucis vacans,] *Carruca* vehiculum dignitatis. Vid. Noodt. *de Usufr.* I. 13. in fin. (4).

(1) Et Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. §. 11. *p.* 65. *seqq.*

(4) Pothier. *in not. ad h. l. diversoria* interpretatur *Boutiques, Magasins.* De hujus vocis scriptura vid.

notata superius ad *L.* 6. *naut. caup. stab.* Taurelli edidit *d'Eversoria.*

(3) Conf. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* *p.* 333. *seq.* & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(4) Add. Averani *Interpr. Jur.* I. 30. *num.* 12. *seq.*

L. XIV.

Licet multo minus ex ea re fructum *percipiat.*] Lego *fructum*, id est, *fructuum.* Noodt. *Obs.* II. 16. & *de Usufr.* I. 6. (1).

(1) Et, I. 13. *in fin.*

L. XV.

Sed, si quid inaedificaverit, &c.] Obstat *L.* 61. *h. t.* (1).

(1) Vid. Constantin. *subtil. Enodat.* II. 22. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 595. *seqq.* & notata inferius ad *d. L.* 61. Pro *refigere* Vulg. habere *refringere*, & Graecos legisse videri *reficere*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Balneatorem] Lamprid. *in Commod. Cap.* 1. ubi vid. Casaub. & Salmas. (1).

Vel de symphonia atriensem:] Id est, *de symphoniacis.* Bynkersh. *Obs.* III. 14. (2).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 65. *not.* 47. De *Librario* nonnulla notat Trotz. *ad Hugon. de Prima Scrib. Orig. p.* 496. *seqq.* add. Noodt. *de Usufr.* I. 16. ubi etiam docet, quid sit *qualus*, de quo vid. & Heinecc. *ad Brisson. de V. S.* in voc. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 635. *not.* 71. *p.* 235.

(2) Pari modo mox *de palaestra* pro *de palaestritis.* Vid. Noodt.

Noodt. *d. loc.* ubi & de *atriensi*, de quo vid. & Pignor. *de Servis*, *Cap.* 21. & Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. §. 2. *seqq. p.* 94. *seqq.* Pro *stercorandis latrinis* Hal. habet *extergendis.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse mavult *distercorandis*, vel *exstercorandis.* Sed Noodt. *d. loc. stercorandis* explicat *exstercorandis*, *extergendis*, *lavandis.*

§. 3.

Modum eum tenere debere, ne &c.] *L.* 17. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Ant. Fab. *in Ration. ad* §. 1. *h. l.* pro *in omnibus rebus mobilibus* legit *in omnibus rebus similibus.*

§. 4.

Non sicut quantitatis usufructus legetur,] *Sicut* pro *sicut si*, Noodt. *Probab.* II. 4. (1) quem & Graeci juvant, & connexio. add. Idem, *Obs.* II. 16. & *de Usufr.* I. 21. Vinnius, *ad* §. 2. *Inst. de Usufr.* putat, haec esse a Glossatore.

(1) Olim scriptum fuisse *sicut si* jam conjecerat Galvan. *de Usufr. Cap.* 3. §. 6. *in fin.* Sed Noodtio obloquitur Waechtler. *in Opusc. Jurid. Philolog. p.* 240. *seqq.* & Hoffman. *in Meletem. ad Pand. Diss.* VIII. §. 4. *in fin.* Hal. *non quemadmodum si.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui ipse legit, *non sic, ut quantitatis usufructus, legatur*, & addit ita jam pridem Blaublomm. edidisse. Eodem modo Waechtler. *d. loc.* Otto, *ad* §. 2. *Inst. de Usufr.* & quos plures citat Trotz. *Praef. ad Opusc. Waechtl. p.* 73. Nihil corrigit Majans. *Disp.* XVII. §. 42. sed verba haec explicat: *id est, simpliciter, non vero aestimatione facta.* Vid. & Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Usufr. ear. rer. quae us. cons.* §. 643. *seq. p.* 387. *seqq.* ubi late egit de quaestione, sitne vestimentorum verus, an

an quasi usustructus. — In seq. §. 5. pro *vel aulaei* Hal. habet *velut aulaei.* Vulg. *vel annuli aurei.* Sed vid. Alciat. *Parerg. Jur.* XII. 10. Vestes scenicas & funebres locari solitas fuisse, notat Majans. *loc. modo cit.* & Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. & Pap.* L. 20. §. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 99. *seq.*

§. 6.

Idem & in specularibus,] Vid. Noodt. *de Usufr.* I. 10. *in fin.* (1).

Sed ego puto, nisi sit contraria voluntas, etiam instrumentum fundi, vel domus contineri.] Vid. Noodt. *de Usufr.* I. 7. Aliud in proprietate legata. *L. ult. de supell. leg.* (2).

(1) Add. de his Brisson. *de V. S.* in voc. Praecedit in Lege: *etsi defossa sint.* Plerumque enim in cellis & horreis dolia defodiebantur. Vid. Brisson. *d. loc.* voc. *dolium,* & Pancirol. *Thes. Var. Lection.* I. 61. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1034. Nonnulla de *doliis* & *seriis* notavit quoque Ant. August. *Emend.* III. 11. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1492. add. Cujac. *Obs.* IX. 26. & *ad Lib.* VI. *Julian. ex Minic. Natal. in expl. L.* 206. *de V. S.*

(2) Add. Ant. Fab. *in Ration. ad h.* §. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld, hoc tit.* §. 633. *not.* 72. *p.* 209.

§. 7.

Nec amittere *servitutem.*] Id est, *tollere,* ut *L.* 6. & 7. *de cap. minut.*

Proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario servitutem imponere potest.] Facit huc *L.* 46. *de evictior* Huber. *Eun. Rom. p.* 328. *non nisi consentiente.* M... Tricatur in hoc loco Connan. *Comm. Jur. Civ.* IV 3. & cum ipso Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de serv.* §. 8. &

& alii ab eo citati. Basil. nihil mutant, & recte. At, subtilitas est haec juris. Resp. quod dominus non possit solus, cum non sit res plene ipsius; nec fructuarii voluntas juvare potest, cum ejus jus sit temporale, servitus vero in aeternum duret. Vid. Hilleger. *ad Donell. Comm. Jur. Civ.* X. 11. *Lit. a.* Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 276. *seqq.*] & hinc liquet, cur non stricto jure, sed religionis favore receptum sit, quod accedente fructuarii consensu locus religiosus fiat. *L.* 17. *pr. h. t. L.* 2. §. 7. *de religios.* add. Jan. a Costa, *ad* §. 9. *Inst. de rer. divis.* adeoque hic opus heurematico, quale est in *L.* 58. *solut. matrimon.* Vid. & Noodt. *de Usufr.* I. 15. *Equidem consentiente* &c. legit Van Eck. *Comp. Pand. hoc tit.* §. 25. & Bynkersh. *Obs.* I. 11. ubi haec verba *equidem consentiente fructuario* trajicit post *potest* (1).

(1) In edit. in 4to. ad verba *proprietatis dominus* &c. sequentia annotavit: „ Carpitur a Wissenbach. *in* „ *Disp. ad Pand. h. t.* §. 8. Huber. *in Prael. ad* „ *tit. Pand. de servitut.* §. 8. sequitur Connanum, „ *in Comm. Jur. Civ.* IV. 3. qui explicat, quod do„ minus id possit, etsi nequidem consentiat fructua„ rius. Sed obstat, 1°. quod ita non cohaerebit „ *L.* 16. *h. t.* quod tamen voluere Compilatores. „ 2do. Graeci [*Tom.* II. *p.* 252.] qui vertunt; οὔτε ὁ „ τὴν δεσποτείαν ἔχων δύναται παραχωρῆσαι δουλείαν, „ οὔτε ἐπιθεῖναι, κἂν συναινῇ ὁ τὴν χρῆσιν ἔχων. Εἰ „ μὴ κ. τ. λ. 3io. quis aliter erit ille favor in *L.* 17. „ *pr. h. t.* Vid. Hilleger. *ad Donell.* X. 11. *Lit. a.* „ Et, licet τὸ *nisi* in *L.* 16. *h. t.* explices *duntaxat* „ cum Connano, remanebit adhuc difficultas, an aevo „ Pauli ita sint locuti. Vetustiores ita locutos, posset „ videri e Terent. *in Eunuch.* III. 4. *vs.* 10. & *in* „ *Phormion.* III. 1. *vs.* 11. Jac. Gothofred. *Ani*„ *madv. Jur. Cap.* 5. ideo dicit, fructuarii consen„ sum hic non juvare, quia ejus jus tantum est tem-

„ po-

„ porale, cum servitus semper duret." Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 20. §. 7. & 8.

Interpretationem Connani, verba *ne quidem consentiente fructuario* accipientis sensu *quamvis non consentiat fructuarius*, deinceps quoque amplexi sunt Reinold. *Varior. Cap.* 16. Wieling, *Lection. Jur. Civ.* I. 8. Jo. Wolbers, *Obs. Cap.* 6. Jac. Voorda, *Elector. Cap.* 10. qui eandem adversus Perizonium latius defendit, *Interpr. & Emend.* III. 13. & rationes, a Jac. Gothofredo aliisque pro contraria opinione allatas, accurate examinavit, *Elector. d. loc.* In quibus rationibus quamvis haud diffitear nec me acquiescere posse, non tamen hujus loci est ea de re pluribus disputare. Ceterum, quam varie haec Ulpiani verba ab aliis, praeter Eckium, & Bynkershoekium, emendentur, videri potest apud Joh. Math. van Forell. *Disp. de Difficultatib. quibusd. vulgo perperam damnat. in materia de servitutib. Cap.* 5. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 318. *seq.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 20. Gluck, *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 625. *p.* 44. *seqq.* Inter illos autem, qui cum Schultingio, aliisque faciunt, nec tamen ab ipso, vel a Voorda sunt citati, etiam est Jan. a Costa, *in Praelect. ad Illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 48. Trotz. *in Praef. ad Oper. Minor. Jac. Gothofred. p.* 28. Jac. van Oosterwyk. *Diss. de Servitute fundo fructuario imponenda, ad L.* 15. §. *ult. & L.* 16. & 17. *de usufr.* Traj. ad Rhen. 1736. Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 49. *seqq.* Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 22. *p.* 101. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *de Viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. p.* 94. *seq.* Van Forell. & van der Linden, *locc. modo citt.* item Gluck. *loc. laud.* qui etiam citat Joh. Gottfr. Bauer. *Diss. qua recepta L.* 15. *in fin. D. de usufr. lectio ab aliorum emendatione vindicatur.* Lips. 1736. & Christ. Gottl. Richter. *Exercit. Jur. Civ. de Servitute a proprietatis domino fundo fructuario imponenda, ad L.* 15. §. *ult. & L.* 16. & *L.* 17. *D.*

de usufr. Lipſ. 1789. Τὰ *ne quidem* in Juris noſtri Libris ſaepius conjungi, nulla voce intermedia, docet D'Arnaud. *Variar. Conject.* II. 22. *p.* 357. De quo vid. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 14. *not.* 26.

L. XVI.

Niſi (1) *qua deterior fructuarii conditio non fiat*, &c.] Vel, niſi ante fuerit debita. *L.* 27. §. 4. *h. t.* Non bene Steck. *Vindic. Anticritic. Cap.* 5. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 513.]

(1) Voorda, *locc. modo citt.* τὸ *niſi* hic accipit pro *ſed*: quo ſenſu vox illa ſaepius occurrit.

L. XVII.

Locum autem *religioſum* &c.] *Item*, Bynkersh. *d. loc.*

Et hoc verum eſt favore religionis.] Haec poſt *facere poteſt* in ſequenti periodo ponit Bynkersh. *d. loc.* (1) quae eſt criſis vehemens. Expungit Reinold. *Varior. Cap.* 16. Male.

Finge enim, eum teſtatorem inferre, cum non eſſet tam opportune, ubi ſepeliretur.] Sed vid. *L. ult. de religioſ.*

(1) Voorda *dd. locc.* unam voculam *ſed* tranſponit, hoc modo: *Et hoc verum eſt. Sed favore religionis interdum* &c. Sane voculam aliquam a Librariis aliquando ſuo loco motam eſſe, non eſt, quod exemplis probemus.

§. 1.

Nec ſervum cicatricibus deformare.] Vid. *L.* 23. §. 1. *h. t.* add. Lipſium, *Elector.* II. 15. (1).

(1) Add. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 6. & *de Uſufr.* I. 16. & Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 3. *Sect.* 2. §. 6. in Theſ. Meerman. *Tom.* II. *p.* 121.

L. XVIII.

L. XVIII.

In locum demortuarum *arborum* &c.] Non *venti vi evulsarum. L.* 59. *h. t.* (1).

(1) Add. Vinn. *ad* §. 38. *Inst. de rer. division.* & Noodt. *de Usufr.* I. 9.

L. XIX.

Proculus putat, insulam &c.] Tricatur Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 9. *Insulam.* Οἰκίας χρῆσιν, Basil. (1).

Quo altius ea (2) *aedificia tollantur,*] Quae ipsi legata sunt.

Tum ei eorum aedificiorum usumfructum do, lego:] Proculus hic modum proponit, quo insulae legatae imponi queat servitus, si scil. proprietas legetur pure, usufructus sub conditione, si heredi constituerit talem servitutem cavendo &c. Vid. omnino Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. h. t.* & Noodt. *de Usufr.* II. 1. (3).

Vel sic: aedium illarum &c.] Quarum proprietas pure legata est.

Illi *usumfructum do, lego.*] Legatario. D. Goth. *in not.* „Hinc colligunt, *ususfructus* verbo interdum proprietatem plenam contineri." DD. communiter dissentiunt, post alios Wissenbach. *in Disp. ad Pand. hoc tit.* §. 3. Huber. *Eun. Rom. p.* 329. *seq.* qui tricatur.

(1) Haec igitur favent emendationi Ant. Fabri, *in Ration. ad h. l.* legentis *insulae*, & subaudientis *usumfructum.* Sed. vid. Noodt. *loc. a Schulting. cit.*

(2) Taurellius edidit EAEDIFICIA Olim Flor. erat *altiusueaedificia*, deleta *u* post *altius.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, forte etiam *e* deleri debuisse, quamvis omnes hic Pronomen agnoscant.

(3) Vid. & Averan. *Interpr. Jur.* III. 19. §. 11.

§. 1.

Si arbores vento dejectas dominus &c.] Ad quem hae pertinent, non *demortuae. L. praec,* (1) Perperam haec confundit Leeuwen. *Censur. Forens. Part.* I. *Lib.* II. *Cap.* 15. *num.* 9.

(1) Ad quam vid. notata.

L. XX.

Perinde accipi debet hic sermo, ac si ususfructus fundi esset legatus.] Quia & haec verba (*do, lego*) ad Legatarium diriguntur: aliter secus. *L.* 12. *de annuis legat.* Noodt. *Probab.* I. 3. *in fin.* (1).

(1) Et *de Usufr.* II. 1. *circa fin.* Ceterum haec notavit Schulting. ad edit. in 4to. Ad edit. in Fol. simpliciter adscripsit: *hic directo jus percipiendi dat.*

L. XXI.

Labeo distinguit, cujus gratia vel heres instituitur, vel Legatum acceperit.] Add. *L.* 19. §. 1. *de pecul.* Facit huc *L.* 45. §. *ult. de adq. vel omitt. hered.* (1).

(1) Add. Noodt. *de Usufr.* I. 16. quo loco de *usufructu servi* egit.

L. XXII.

Si quidem contemplatione fructuarii &c.] *L.* 24. *h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *loc. modo cit.*

L. XXIII. (1).

(1) In hujus Legis inscriptione pro *Libro trigesimo* Hal. habet *Lib. tricesimo quinto*, probante Cujacio, *ad*

Lib.

Lib. XXXV, *Julian. Digestor. in expl. L.* 55. *de pactis.*

§. 1.

Etenim medicam quoque castigationem fructuario competere,] Veluti usufructus adminiculum.

Vi neque torqueat,] Al. *ut neque* &c. (1).

(1) Sic Hal. & Vulg. neque in Basil. ullam *vis* mentionem fieri, notat Brencm. *h.* in Corp. Iur. Geb. & Spang. add. de hoc §. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 3. *Sect.* 1. §. 14. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 121. & Noodt. *de Usufr.* I. 16.

L. XXIV.

Si quis donaturus usufructuario (1) &c.] *L.* 22. *h. t.*

(1) Taurellius edidit *donaturUSufructuario*. Sed Flor. *u*, tertio loco, est expuncta, ut maneat *donaturus fructuario.* Hal. tamen quoque habet *usufructuario.* Sed Vulg. *fructuario.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXV.

§. 1.

Interdum tamen in pendenti est (1) &c.] Vid. Cujac. *ad L.* 19. *de contrah. emt.* (2).

Quid tamen, si forte simul solverit *ex re utriusque?*] Plus scil. aequo.

(1) De hac locutione *in pendenti esse* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 389. *seq.*

(2) Et *ad Lib.* XXXV. *Julian. Digest. in expl. h.* §. A verbis *adhuc interesse* Vulg. novam Legem incipit, teste Contio. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui porro notat, in fin. hujus §. verbis *&*

idea

ideo nondum adquisisse quisquam dominium &c. τὸ *quisquam* Flor. subantique mutatum esse in *cuiquam*, quod igitur Hal. & Vulg. omnes habent. *Adquisisse* pro *adquisiisse*, ut *desisse*, *redisse*, cet. Vid. notata superius ad *L.* 36. §. 3. *de hered. petit.*

§. 2.

Sequentium vero stipulatio ad proprietarium transit, &c.] Vid. ad *L.* 18. §. 3. *de stipul. servor.* (1).

(1) Ad seq. §. 3. & 5. vid. Cujac. *ad Lib.* XXXV. *Julian. Dig.* Vulg. a §. 5. novam Legem incipit, teste Contio. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 6.

Nam & in duobus bonae fidei possessoribus hoc idem est apud Scaevolam agitatum Libro Secundo Quaestionum:] Sed vid. *L.* 19. *de stipul. servor.*

Et ait, volgo (1) *creditum, rationemque hoc facere, ut* (2) *si ex re alterius stipuletur, partem ei duntaxat* (3) *quaeri, partem domino:*] Sed vid. *L.* 23. §. *ult. de adq. rer. domin.* Vid. omnino Noodt. *Obs.* II. 18. & *de Usufr.* I. 16. (4). Burgius, *Elector. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 338.] delet vocem *partem*, & mox *partem domino*, legens: *rationemque hoc facere, si ex re alterius stipuletur, ei duntaxat quaeri. Quodsi* &c.

Partem domino:] Quae alteri adquiri nequit.

Quoniam jussum pro nomine accipimus.] Facit huc *L. ult. Cod. per quas person. cuiq. adq.*

(1) *Volgo* & *vulgo* promiscue scribitur in Veterum Libris. Vid. Brisson. *Parerg.* §. 12. in ej. *Oper. Minor. p.* 393. add. Cellar. *de Orthograph. Latin. Tom.* I. *p.* 388.

(2) *Ut* apud Hal. & Vulg. abest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Flor. quondam erat *duntaxatquiri*. Vid. Brencm. *d.*

d. loc. secundum quem illud longe probabilius correctum fuisset *duntaxat adquiri*, quamvis omnes *duntaxat quaeri* habeant.

(4) Vid. & Altamiran. *ad Lib.* II. *Scaevol. Quaestion. in expl. d. L.* 23. §. *ult.* & *hujus* §. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 410. *seq.*

§. 7.

Omnia fructuario adquiri.] *Omni a fructuario*, vel *omni ea fructuario*, Best. *de Ration. emend. Leges*, *Cap.* 7. *num.* 7. Prius probat Noodt. *de Usufr.* I. 16. *pr.* (1).

(1) Et praefert emendationi Cujacii, *Obs.* XI. 36. legentis *omni fructuario.*

L. XXVI.

Sed & si ab initio certam summam propter operas certas stipulatus fuerit, &c.] Interea in pendenti erit, cui adquisita obligatio. *L.* 43. §. *ult. de Ædil. Edict. L.* 18. §. *ult. de stipul. servor.* (1).

(1) Add. de hac Lege Noodt. *de Usufr.* I. 3. circa fin. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* §. 637. *c. p.* 336. *seq.*

L. XXVII. (1).

(3) Et *in Recit. ad h. l.* add. Jo. D'Avezan. *loc. cit. Part.* IV. *p.* 174. Saepius, praesertim in materia de servitutibus, usu venire, ut quae subtilitate juris inutiliter fiant, volente tamen utilitate & aequitate contra stricti juris rationem introducta sint, docet Petr. Duirsema, *Conj. Jur. Civ.* I, 5. §. 3. *p.* 90. *seqq.* add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 10. §. 2. *not.* 6.

§. 1.

Vel grex ille transducatur,] Al. *vel res illae transducantur* (1).

(1) Sic Vulg. & Mss. quoque. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Gul. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121. Pro *transducatur* Hal. habet *traducatur.* Sed vid. notata superius

rius ad *L.* 11. §. 1. *de Public. in rem act. not.* 1. In praecedentibus Legis verbis *τὰ vel non agatur* in nonnullis desunt. Vid. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 140. *seq.* — Ad seq. §. 2. vid. & Martres. *Not. in aliq. JCtor. Resp. Cap.* 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 727.

L. V.

Iisdem fere modis] Vocula *fere* adscribenda forte Triboniano. Noodt. *ad tit. Pand. comm. praed.* in fin. (1).

(1) Rationes, quare vocula *fere* adjecta sit, varias reddit Jo. D'Avezan. *loc. modo cit. p.* 175. — In seq. §. 1. pro *servitutium*, ut Flor. scriptum est, Hal. habet *servitutum*. Sed vid. notata superius ad *L.* 10. *de postuland.* & ad *L.* 3. *si pars heredit. pet. not.* 2. — De seq. *L.* 6. egit quoque Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict.*

L. VII.

Ulpianus *Lib.* XIII. *ad L. Juliam & Papiam.*] Occasionem dat Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 236.] Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 406. (1).

(1) Pro *mittendae* Hal. & Vulg. habent *immittendae*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit in nonnullis Mss. *mittendae* legi, in aliis *admittendae*. Vid. de hac servitute Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de serv. praed. urb.* §. 672. *p.* 130. *seq.* Apud Hal. haec Lex in locum sequentis, & sequens in hujus locum commigravit.

L. VIII.

Paulus *Lib.* XV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 6. *de servitut. praed. rustic.*

Ut pomum decerpere liceat, *&c. servitus imponi non pot-*

potest.] Stricto jure: secus ex aequitate. *L.* 1. §. 11. *L.* 3. *de aq. quotid. & aestiv.* ut putat Noodt. *Probabil.* I. 2. (1) *L.* 8. §. 1. *si servit. vind.* Alii distinguunt inter praedialem & personalem servitutem, per *L.* 5. *de servit. praed. rustic.* Zoes. *ad d. tit. num.* 12. Forner. *Selection.* II. 28. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 78. *seq.*] *L.* 16. §. 1. *quod vi aut clam.* (2). Huber. Eun. Rom. *p.* 361. *seqq.* distinguit inter amoenitatem, quae est aliquid reale, & est qualitas praedii, & merae voluptatis actus transitorios. add. Idem, *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 6. (3).

(1) Quem sequitur van Forell. *laud. Disp. Cap.* 1. *p.* 289. *seqq.* ubi varias de hac Lege Interpretum sententias recenset. Vid. & Trotz. *in Praef. ad Waechtler. Opusc. p.* 70. *seq.* Sed Noodtium refutavit Thibaut. *Versuche uber einzelne Theile der Theorie des Rechts.* I. *Band.* I. *Abhandl.* citatus a Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de usufruct.* §. 620. *in fin.*

(2) De servitute praediali Legem hanc intelligit quoque Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 17. *pr.* & Pothier. *in not. ad h. t.* Vid. & Maran. *in Paratitl. ad tit. Pand. de servit. praed. rustic. Oper. p.* 137. Zach. Huber. *Diss. Lib.* III. *Diss.* II. *Cap.* 1. *p.* 392. *seqq.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1.

(3) Quem laudat Waechtler. *in Opusc. Juridico-Philolog. p.* 199. *Pomum* hic sumi pro quovis fructu, notat Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* II. 34. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 782.

§. 1.

Licet ab initio per partes adquiri non poterit.] *L.* 6. §. 1. *comm. praed.* (1).

(1) Add. *L.* 49. §. 1. *in fin. ad L. Falcid.* Egerunt hac de re etiam Lud. Charond. *ad L.* 72. *de V. O.*

in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 829. *seqq.* Lud. Vital. *Lect. Variar.* II, 3. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 663. *seq.* Jo. D'Avezan. *loc. laud. Part.* V. *p.* 181. *seqq.*

L. IX.

Si cui simplicius &c.] Non bene Vital. *Lect. Variar.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 671. *seq.*] Vid. omnino *Nederlandsch Advijsboek*, IV. 118. *Simplicius*, pro *simpliciter*: ita & alii. Leonin. *Emendat.* III. 8. (1) ubi de hac re.

Vel relinquatur,] Per *vindicationem*, secus si per *damnationem*. *L.* 26. *de servit. praed. rustic.* Merill. *Obs.* I. 31. Os. Aurel. *Dispunct.* 13. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 726.] (2).

Nam quaedam in sermone tacite excipiuntur:] *L.* 21. *L.* 22. *de servit. praed. rustic.* Sic M. Senec. *Controv.* 27. *In Lege*, inquit, *nihil excipitur: sed multa, quamvis non excipiantur, intelliguntur.* Plura Cujac. *ad Lib.* LXVIII. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 7. *de pignor. & hypoth.* add. Quinctil. *Declam.* 315. Victorin. *ad Ciceron. Rhetoric. p.* 226. Facit in hanc rem Cicero, *pro Caecin. Cap.* 19. etsi ibi per *viam* non intelligatur ea, quae hic, ut bene docet Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* VIII. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 130. & 180.]

Nec amplius mutandae ejus potestatem haberet:] Quam tamen habere volunt patientem, modo aeque commoda sit servitus. *Cons. JCtor. Batav. Part.* V. *Cons.* 50. add. Fab. *Cod. h. t. def.* 4.

Sicuti Sabino (3) *quoque videbatur: qui argumento rivi utebatur*, &c.] Simile argumentum ab aquaeductu ad viam apud Sicul. Flaccum, *de Condit. agror. p.* 9. Merill. *Obs.* I. 31.

(1) Add. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 22. *p.* 136. ubi notat Haloandrum, qui *simpliciter* edidit, aliosque, qui

qui *simplicius* mutarunt in *simplici usu.* Observat tamen Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Flor. adjectam esse *u* alteram, quae facillime excidere potuit, ibique nunc esse *si cui simplici usu via* &c. & sic quoque legitur in *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *Ausfuhrl. Erl. der Pand. nach. Hellfeld. tit. de S. P. R.* §. 676. *not.* 57. *p.* 158.

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 17. *not.* 40. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servit. praed. rustic. num.* 8. Gluck. *d. loc. tit. de usufr.* §. 626. *p.* 75. & *tit. de S. P. R.* §. 677. *p.* 164. *seq.* & notata inferius ad *d. L.* 26. *de serv. praed. rustic.* Aliter Lud. Charond. *Verisimil.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 693. Pro *in infinito*, quod in Lege sequitur, forte melius legi *in infinitum*, notat Brencm. *d. loc.* Sed *in infinito* scriptum quoque est in *L.* 24. *de servit. praed. urban.* & post *in* apud Nostros saepius *Ablativum* poni pro *Accusativo*, supra notavi *Tom.* I. *p.* 3. *seq.*

(3) Celsum, qui Proculianus fuit, hic Sabinum laudare, ad *seq. L.* 10. notavit Merill. *loc. supra cit.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 642. exemplis probans, Praeceptorum suorum sententiis non ita addictos fuisse Veteres, quin aliquando etiam diversae Sectae auctoritatem fuerint secuti. — In seq. *L.* 10. in Vulg. redundare negationem, observat Leonin. *Emendat.* III. 12. §. 3. *p.* 171. De quo tamen nihil monuit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed is notat, pro *qua, nisi* &c. Vulg. habere *quo, nisi* &c. Recta haud dubie Florentina. Pari modo Nepos, *in Miltiade, Cap.* 3. *Pontem fecit in flumine, qua copias traduceret*, ubi vid. Interpp. Re aliqua data & concessa, cetera quoque concessa videri, sine quibus res explicari nequit, ex hac Lege colligit Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. §. 1. *in fin. p.* 65. & *Obs.* III. §. 7. *in fin. p.* 122.

L. XI.

Pro parte dominii servitutem adquiri non posse, &c.] *L.* 6. §. 1. *comm. praed. L. ult. de servit. legat. L.*

140. *de verb. oblig.* Vid. Scip. Gentil. *de Divid. & individ. oblig. Cap.* 13. [*Oper. Tom.* I. *p.* 136. *seqq.*] Merend. *Controv. Jur.* VIII. 27. (1).

Pro parte quoque neque legari &c.] Vid. Scip. Gentil. *d. loc.*

(1) Add. Jo. van Nispen, *ad Libb. Modestin. Different. Cap.* 7. in Thes. Diss. Juridic. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 51. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. XII.

JAVOLENUS *Lib.* IV. *Epistolarum* (1).] Junge *L.* 115. *de verb. signif.*

Non dubito, quin fundo municipum &c.] Etiam universitati. Fab. *Cod. h. t. Def.* 11. & an singuli jus suum in alium transferre queant, *ibid.*

(1) Flor. *epistularum.* Vid. notata superius ad *L. unic.* §. 4. *de Offic. Quaestor.* add. de hac Lege Franc. Ramos del Manzan. *loc. supra laud. Part.* II. *Cap.* 1. §. 22. *p.* 59. *seq.*

L. XIII.

Iter magis, quam via, &c.] Obstat *L.* 157. §. 1. *de verb. signif.* Sed via ibi accipitur in genere, non pro servitute. Merill. *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 644.] (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 358. De qua etiam vid. Lud. Charond. *Verisimil.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 694. Ant. Goveau. *Lect. Variar.* II. 17. *Oper. p.* 213. Walch. *Opusc. Tom.* I. *p.* 44. *seq.*

L. XIV.

L. XIV.

Et ideo usu non capiuntur:] *L.* 10. §. 1. *de usurp. & usuc.*

Vel ideo, quia tales sunt servitutes, ut non habeant certam continuamque possessionem:] Ratio haec ex abundanti adjicitur, nec omni exceptione major, fatente & Hubero, *Eun. Rom.* p. 364. *seq.* Taxat hanc αἰτιολογίαν quoque Wissenbach. *in Emblem. Tribonian. ad L.* 9. *de usurp. & usuc.* [*Cap.* 6. *p.* 121. *seq.*] (1).

Idem (2) *& in servitutibus praediorum urbanorum observatur.*] Ex extensione Legis Scriboniae, non tamen a principio. Facit huc *L.* 10. §. 1. *de usurp.* & *usuc.* add. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de reb. corp. & incorp.* Merill. *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 645.] excipit illas, de quibus agit *L.* 20. *tit. seq.* quae cum hac jungenda.

(1) De his Pauli rationibus tres potissimum sunt Interpretum sententiae: alii enim utramque rationem a Paulo allatam rejiciunt, in quibus praeter Wissenbach. *loc. a Schult. cit.* etiam est Jan. a Costa, *in Praelect. ad h. l.* van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 18. *p.* 221. Majans. *Disp.* LXVIII. §. 6. & 7. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad tit. Pand. comm. praed.* §. 3. Alii contra in neutra ratione quicquam vitii deprehendere videntur. Vid. v. gr. Martres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 10. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 727. Franc. Ramos del Manzan. *ad tit. de servitutib. Part.* II. *Cap.* 2. in eod. Thes. *Tom.* VII. *p.* 62. *seqq.* ubi plura ad hanc Legem commentatus est. Pothier. *in not. ad h. l.* Denique alii priorem Pauli rationem probant, sed alteram inter eas referunt, quae merito suspectae sunt. Vid. P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 4. §. 1.

(2) Ant. Fab. *Conject.* XIX. 9. & *in Ration. ad h. l.* legit *non idem* &c. refutatus à van de Water, *loc. cit. p.* 222. & Branchu, *Obs. Cap.* 17. *p.* 142. *seq.* —

Ad sepulcrum *iter*, non *actum* constitui moris fuisse, quoniam mortui feretro & sandapila efferebantur, cui simillima erat lectica, ex seq. §. 1. observat Averan. *Interpr. Jur.* I. 30. §. 7. add. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* III. §. 6. *p.* 119. *seq.* Egit de hoc §. etiam Franc. Ramos del Manzan. *loc. modo cit. Part.* II. *Cap.* 1. §. 23. *p.* 60. — In seq. §. 2. in fin. pro *cum — potest* Vulg. habet *cum — possit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. notata superius ad *L.* 3. *de Justit. & Jur. not.* 2.

L. XV.

POMPONIUS *Lib.* XXXIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 32. *de usufr.* (1).

Quotiens nec hominum &c.] Vid. Noodt. *ad tit. Pand. comm. praed.* (2).

(1) Vid. Merill. *ad h. l.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 648.
(2) Et *Probab.* I. 2. add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 30. §. 7. & Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. pr.*

§. 1.

Veluti viridia (1) *tollat,*] Id est, *erigat.* Merill. *Obs.* I. 34. (2).

Aut amoeniorem prospectum praestet,] Arboribus forte consitis, ut *L.* 13. §. 4. *de usufr. L.* 16. §. 1. *quod vi aut clam.* Viridariis ablatis prospectus esset liberior, non amoenior. Merill. *d. loc.* Cujac. *in Recitat. ad h. l.* pro *aut* legit *ut.* add. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 29. (3). Pro Vulg. stat Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de action.* capiens de arboribus, picturisque habendis amoenioris prospectus caussa, qui a libero prospectu differt.

Sed ut aliquid patiatur, aut non faciat.] Nisi aliud convenerit. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 2. & 3. (4).

(1) Vulg. *viridaria.* Hal. *viridiaria.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de his notata superius ad *L.* 13. §. 4. *de usufr. & quemadm. &c.*

(2) Et Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* II. 23. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 781. Haec interpretatio si vera est, tunc pro *aut amoeniorem* &c. concinnius legi *ut amoeniorem* &c. observat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 1. sed deserendam, ait, hanc emendationem, & interpretationem, si Graecos sequamur, qui vertunt ἵνα δένδρα ἐκκόψῃς, & quibus adeo *tollere* est *dejicere*, *excidere:* addit tamen, utrumque significatum ad mentem Pomponii facere.

(3) Et Pothier. *in not. ad h. l.* qui Cujacium sequitur.

(4) Add. Noodt. *ad tit. Pand. comm. praed.* Vs. *Praeter haec omnia* &c. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 659. *p.* 6. *seqq.*

L. XVI.

Utilis petitio (1)] *Quasi Serviana.* Duaren. *ad. h. l.*

(1) Unde emendandam esse *L.* 1. *in fin. de remission.* observat Cujac. *Obs.* I. 16. item *in Recitat. ad h. l.* & *ad Lib.* XLIX. *Julian. Dig. in expl. h. l.* Vid. & Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 5. §. 16. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 93. & *Praetermiss. ad Labitt. & Schmucc. ibid. p.* 228.

L. XVII.

Viae, itineris &c. pars in obligationem deduci non potest: quia usus eorum indivisus est:] Idem in servitute *oneris ferendi*, quidquid dicunt Graeci: etsi enim recipiat modum, id etiam in aliis fit. Scip. Gentil. *de Divid. & individ. oblig. Cap.* 15. *in fin.* [Oper. *Tom.* I. *p.* 150. *seq.*] Servitutes quatenus dividuae, vel non, vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 21. & 26. & de hac Lege, *Cap.* 30.

L. XVIII. (1).

Doli exceptionem nocituram Legatario,] *Per damna-*

tionem. Wissenbach. *Disp. ad tit. ult. h. Libri,* §. 24. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 14. & *ad h. l.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 651. *seqq.*] Os. Aurel. *Dispunct.* 14. [in eod. Thes. *ibid. p.* 727. *seqq.*] (2).

(1) Inscriptionem hujus Legis ita constituendam esse: *Paulus Lib.* XXXI. *Quaestionum Papiniani notat,* ut est in Pand. Flor. monet M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 3. §. 2. *not. c.* in Nov. Thes. Diss. Juridic. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 79. *seq.* Apud alios Lex incipit: *Papinianus notat.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. & de hac Lege Huber. *in Prael. ad tit. Pand. servitut. quemadm. amitt.* §. 1. & Jens. *in Strictur. ad Pand. ad L.* 108. *pr. de Legat.* 1°. *p.* 233.

L. XIX.

Veluti, si aquam alicui debere *ducere* &c.] *Debere* abest ab aliis. Flor. *dedere*, Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* IV. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 579.]

Quaedam enim debere *habere* &c.] Sic Flor. (1).

Quamvis ea nobis utilia non sunt (2).]. Sed amoena. *L.* 3. *de aq. quotid. & aestiv.* & forte postea erit utilis. Merill. *Different. Jur. Lib. Sing. Cap.* 5.

(1) De verbis *dedere* & *debere* vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ubi notat, ea abesse ab Hal. & Vulg. Deesse etiam in plerisque Mss. & neutrum quoque Basil. habere. Vid. & Leunclav. *Notator.* II. 28. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1509. & Leonin. *Emendat.* V. 9. §. 3. Idem Brencm. *ibid.* notat, inscriptionem Legis Flor. initio fuisse *Javoleno epitomarum*, sed mutationem *a Javoleno epitomatorum* subantiquam esse, & saepius in verbis *epitomarum* & *epitomatorum* a Librariis esse peccatum. Huic Legi non contrariam esse *L.* 15. *eod.* docent Ant. Govean. *Lection. Variar.* I. 15. *Oper. p.* 192. Ludov Vital. *Lect. Variar.* II. 2. §. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 661. Galvan. *de Usufr. Cap.* 30. §. 7. Lyclam.

Membran. II. *Ecloe.* 7. Zach. Huber. *Diss. Jurid. & Philolog. Part.* II. *p.* 379. Pothier. *in not. ad h. l.* Multa hic quoque male e Graeco versa esse, hallucinatur Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 73. *seq.*

(2) Post *quamvis* etiam alibi apud Nostros *Indicativus* sequitur. Vid. notata superius ad *L.* 25. §. 11. *de heredit. petit.*

L. XX.


Quotiens via aut aliquod (1) *jus fundi emeretur, cavendum putat* &c.] Cujus *cautionis* majus commodum, quam *confessoriae actionis*. Facit huc *L.* 2. §. 5. *L.* 85. §. 3. *de verb. oblig.* cum similibus.

(1) Id est, *aliud quod*. Vid. notata superius ad *L.* 2. *quod cujusq. univ. nom.* Neque adeo necesse, ut cum Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 2. pro *aliquod* reponamus *aliud*. Vid. Hieron. van Alphen. *Diss. de Javoleno Prisco, Cap.* 3. §. 4. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 90. add. de hac Lege Galvan. *de Usufr. Cap.* 33. *in fin.* Noodt. *de Usufr.* II. 2. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand nach Hellfeld. tit. de usufr.* §. 626. *not.* 81.

TITULUS II.

DE SERVITUTIBUS PRAEDIORUM URBANORUM (1).

(1) Singulas hujus tituli Leges explicuit Cujac. *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.*



L. I.

L. I. (1).

(1) In Vulg. haec est *L.* 21. *praec. tit.* probante Cujacio, *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Sed vid. Leunclav. *Notator.* II. 28. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1509. Pro *prohibendi* in Vulg. est *projiciendi*, & sic etiam verterunt Graeci. Vid. Leunclav. *loc. modo cit.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 662. *not.* 68. *p.* 32.

§. 1.

Si usufructus tuus sit, aedium proprietas mea, &c.] Facit huc *L.* 30. *in fin. h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *locc. modo citt.* & Gluck. *d. loc.* §. 661. *not.* 57. *p.* 26.

L. II.

Aut non avertendi.] Vid. Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de servitut. num.* 9. (1).

(1) Vid. & Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 1. §. 3. *not.* 29. add. Vinn. *in Comm. ad* §. 1. *Inst. de servitut. rustic. & urban. praed.* ubi optime quoque exposuit naturam servitutis *altius tollendi*, de qua pluribus etiam egit Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 5. *seqq.* & Gluck. *d. loc. hoc tit.* §. 669. *p.* 77. *seqq.* — Addit Ulpianus in seq. *L.* 3. *Est & haec servitus ne prospectui officiatur.* Hanc differre a *servitute prospectus*, censet Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 27. *seq.* et plures alii Interpp. Sed unam servitutem esse, docet Noodt. *ad h. t.* Vs. *Ostendi* &c. Vid. & Donell. *Comm. Jur. Civ.* XI. 5. & Gluck. *loc. modo cit.* §. 672. *p.* 127. *seqq.*

L. IV.

Luminum (1) — *ne luminibus officiatur*,] Noodt. *ad h.*

h. t. Pand. Vs. *Proxima deliberatio* &c. putat, esse eandem servitutem (2).

Ut vicinus lumina nostra excipiat.] *Ut ita quis fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat*, Gajus, *Inst.* II. 1. §. 3. (3).

Cum autem *servitus* &c.] *Autem* pro *etiam*, Noodt. *d. loc.*

Hoc maxime *adepti videmur*,] Non *tantum*.

Invitis nobis] *L.* 5. *h. t.*

Altius aedificare, atque ita minuere lumina &c.] Differunt tamen (4) *L.* 7. 12. 17. *h. t.*

(1) In seqq. verbis *in servitute constituta* vel praepositionem *in*, vel verbum *constituta* abundare, & τὸ *in* facile subnasci potuisse ex litera finali *m* in voce praecedente *luminum*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur. not.* 1.

(2) Sic etiam Donell. *Comm. Jur. Civ.* XI. 5. Bachov. ad §. 3. *Inst. de servitut.* aliique Interpp. nec valde dissentit Vinn. *ad* §. 1. *Inst. de servitut. num.* 8. Sed rectius servitutes illas distinguit Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 23. *seqq.* Vid. Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de servitut.* §. 13. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 1. §. 3. *not.* 30. & *in not. ad seq. L.* 15. *h. t.* Gluck. *loc. modo cit.* §. 670. *p.* 93. *seqq.*

(3) De quo Caji loco egit etiam Noodt. *loc. cit.* Vs. *Hactenus de proprio* &c. varia corrigens. Dubito, an recte. Vid. Schulting. *ad d. loc. Caji.* Constantinaeus, *Subtil. Enodat.* I. 21. post τὸ *excipiat* addit: *utque jus sit immittere lumina nostra in alienum.*

(4) Scil. servitutes *altius non tollendi*, & *ne luminibus officiatur.* Vid. Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de servitut.* §. 12. & Gluck. *d. loc. p.* 121.

L. V.

Invitum &c.] Ut *L. praec.*

Non eum, &c. *sed eum*, &c.] Id est, *non tantum eum*, &c. *sed etiam eum* &c. (1).

(1)

(1) Sic etiam Zoannett. *Restitut.* *Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 660. Reinold. *Diss.* *ad* *L.* 57. *D. mandat.* *Cap.* 2. §. 11. in *Opusc.* *Jurid.* *p.* 259. Imo Hal. habet *non solum*, *qui contradicit*, *sed* & *qui non consentit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Non — sed* pro *non tantum — sed etiam* cum apud Nostros, tum apud alios Scriptores Latinos, saepe usurpatur. Vid. notata superius ad *L.* 17. *de Legib.* *not.* 1. Aliter tamen Puttman. *Diss.* *Varia Jur.* *Civ.* *capita contin.* *Cap.* 3. in *Opusc.* *Syllog.* *p.* 116. *seqq.* qui putat, Legem hanc olim cohaesisse cum *L.* 4. §. 7. *si servit. vind.* Vid. & Idem, *Interp.* & *Obs.* *Cap.* 33. *p.* 174. Vocem *servitutis* in verbis *sed ad jus servitutis* &c. expungit Gul. Bilderdyk. *Obs.* & *Emendat.* *Cap.* 33. *p.* 203. *seq.*

L. VI.

Sed ita, si vicinus simul libertatem usucapiat:] Chesius, *Different.* *Jur.* *Cap.* 45. *num.* 6. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 759.] id putat fieri, quia in rusticis aliquis tantum tenetur pati, sed ipse suis rebus libere uti potest. In urbanis vero debet etiam aliquid pati, & praeterea, aliquid non facere: & sic, dum ille contra non facit, retinet alter jus suum: secus si servitus sit, in qua patiens ad nihil tenetur, etiam in urbanis, ut altius tollendi, quam non usu solo tolli censet (1).

(1) Vid. & Vinn. *ad* §. *ult.* *Inst.* *de servit.* *praed.* *rustic.* & *urban.* *num.* *ult.* *in fin.* Maran. *in Paratitl.* *ad h. t.* *Pand.* & *ad tit.* *quemadm.* *servit.* *amitt.* Schulting. *Thes.* *Controv.* *Dec.* 23. §. 10. Etiam in *rusticis* libertatis usucapionem aliquando necessariam esse post Thomasium censet Otto, *Diss.* *de Usucap.* *Servitut.* *Cap.* 1. §. 12. in *Diss.* *Jur.* *Publ.* & *priv.* *p.* 406. add. Hoepfner. *Commentar.* *ueber die Heinecc.* *Institution.* *tit.* *de servitut.* §. 368. Sequitur in Lege: & *ego per statutum tempus fenestras meas perfixas habuero* &c. ubi pro *perfixas* Hal. &

& Vulg. habent *praefixas*, & sic etiam MSS. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Praefixas* mavult quoque Reizius, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 376. Denique in fin. Legis pro *integrum jus suum permanet* Hal. & Vulg. habent *jus meum*. Vid. Brencm. *d. loc.* qui in Flor. subintelligendum dicit aut *cuique nostrum*, aut *servituti*. Haverkamp. *Diss. ad Constant. Harmenop. &c. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 46. auctoritate Harmenopuli legit *jus servitutis*. An forte Graecismus est? Vid. notata superius ad *L.* 31. §. 2. *de inoffic. testam.*

L. VII.

Si arborem eodem loco sitam *habuissem*,] *Positam* legit van de Water, *Obs.* II. 18. (1).

Propter motum naturalem *arboris*.] Fornerius, *Rer. Quotid.* II. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 173.] intelligit *transplantationem*, *translationem*, & *ademtionem*. Cujacius, *Obs.* XXVII. 14. refert ad *vegetationem crescentis arboris:* & sic quoque Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 16. (2). Propter *crementum naturale arboris* legit Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 47. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 496.] sed nec sibi fidit. De *radicum incrementis* accipit Jan. a Costa, *ad* §. 31. *Inst. de rer. divis.* (3).

(1) Nulla emendatione opus esse, docent Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 7. & Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 3. *p.* 214.

(2) Qui etiam alios citat. add. Idem, *Diss. de Usucap. Servitut. Cap.* 1. §. 9. in *Diss. Jur. Publ. ac Priv. p.* 402. & D'Arnaud, *Vit. Scaevol.* §. 41. *p.* 112. Quem sequitur Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. quemadm. servit. amitt.* §. 689. *seq. not.* 52. *p.* 265. *seq.* Vid. & Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 401. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 131. & *ad Ovid. Metam.* VII. *vs.* 186.

(3) Sed vid. D'Arnaud. *Variar. Conject.* I. 1. *p.* 5.

L. VIII.

L. VIII.

Parietem, &c.] De quo Lex vetus, ne crassior fieret sesquipede. Plin. *Hist. Natur.* XXXV. 4. Grotius, *in Flor. Sparsion.* [*p.* 140.]

Alterutri vicinorum demoliendi eum, & reficiendi jus non est:] Aliud tamen receptum videtur tempore Pauli. Vid. Paul. *in Sent.* V. 10. §. 2. quod forte Triboniano non placuit (1).

(1) Nihil hac de re monuit Schulting. *ad d. loc. Pauli*, sed rationem ibi reddit, quare ex Juris ratione *aedes communes* reficere quidem liceat, *L.* 32. *de damn. infect.* non vero stricto jure *parietem communem*. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* Egerunt de hac Lege etiam Petr. Beloïus, *Var. Jur. Civ.* IV. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 713. *seq.* & Petr. Martres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 11. in eod. Thes. *Tom.* VI. *p.* 727.

L. IX.

Cum eo, qui &c.] Vid. Huber. *in Eun. Rom. p.* 365. *seq.* & *ad L. seq.* & Harmenop. II. 4. §. 62. [in Supplem. Thes. Meerman. *p.* 136.] (1).

(1) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 669. *p.* 80. *seq.*

L. X.

Gaurus Marcello: Binas aedes habeo, &c. (1)] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VII. 36.

Idem dicendum est, si alteri aedes, alteri aliarum usumfructum legaverit.] Cujacius, *Obs.* I. 7. legit: *si alterarum aedium usumfructum legaverit.* Quam lectionem, *Obs.* XI. 11. confirmat ex Basil. (2) Diss. Hotoman. *Obs.* XIII. 8. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 11.

Me-

Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 5. (3) ut intelligatur, id facere pósse Legatarium. Aliter Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 20. [in Thes. Otton, *Tom.* IV. *p.* 592.] Non bene (4).

(1) In seqq. verbis Legis pro *quid cum illo agere potes?* Hal. & Vulg. habent *numquid cum illo* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Secundum quem *quid* accipiendum pro *ad quid*, aut geminanda est interrogatio, hoc modo: *quid? cum illo agere potes?*
(2) Probante Labitto, *in Usu Indic. Cap.* 5. §. 34. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 113.
(3) Vid. & *Praetermiss. ad Labitt. & Schmucc.* in *Jurispr. Rest. Wieling. p.* 229. Cujacio & Labitto contradixit quoque Marckart. *Probab. Rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 1. *seqq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de usufr.* §. 626. *p.* 78.
(4) Egit etiam de hac Lege Martres. *Not. in aliq. JCtor. Resp. Cap.* 12. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 727.

L. XI.

Qui luminibus vicinorum &c.] Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hoc constituta* &c. Dubito, an bene.

Sciet, se formam ac statum antiquorum aedificiorum (1) *custodire debere.*] *L.* 1. *Cod. de servitut.*

(1) Id est, antiqui aedificii, cujus tollendi jus a vicino concessum est. Sic Cujac. *in Recit. ad h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. quemadm. servit. amitt. num.* 22. Vid. & Martres. *loc. modo cit. Cap.* 13. Ad Constitutionem Antonini & Veri in *L.* 14. *h. t.* hic respici, putat Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 522. Ad Constitutionem Trajani Legem refert Jo. Suarez. *ad L. Aquil. Apparat. Cap.* 3. §. 14. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 14. De antiquorum aedificiorum modo, & altitudine, plura collegit Brisson. *Select.*

Antiq. I. 1. ad quem locum etiam alios citavit Trekell. — In seq. §. 1. Flor. scriptum est *extolli aedificio, quae* &c. Sed omnes editt. habere *aedificia, quae* &c. & sic quoque scribendum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hoc §. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 669. *p.* 81.

L. XII.

Viridia supra eam altitudinem habere possunt:] M. Senec. *Excerpt. Controv.* V. 6. *Aluntur in summis culminibus mentita nemora, & navigabilium piscinarum freta* (1). Ratio dubitandi, quia his positis aedificia videri possent altius tolli. Merill. *Obs.* I. 34.

(1) Add. Hier. van Alphen. *Diss. de Javol. Prisco, Cap.* 3. §. 6. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 39. *seq.* & notata superius ad *L.* 13. §. 4. *de usufr.* Sequitur in Lege: *at si de prospectu est*, id est, sed si servitus constituta est *ne prospectui officiatur.* Pothier. *in not. ad h. l.* De verbo *obstatura* vid. notata superius ad *L.* 2. *de feriis, not.* 3.

L. XIII.

Quidam Hiberus nomine, &c.] Vid. Merill. *Obs.* VIII. 8. (1).

Balnearia fecit secundum parietem communem:] Sed an non insulae totae sunt ab vicinis aedibus distinctae? Vid. Cujac. *Obs.* I. 4. (2).

Sicuti ne parietem quidem suum per parietem communem.] Unde non possum probare, quod tradit Huber. *in Prael. ad tit. Pand. comm. divid.* §. 5. licere parietem communem uni invito altero a sua parte altius tollere. Obstare videtur *L.* 25. §. 1. *h. t.* Sed vid. *ibid.* Cujac.

Qua de re, volo, cum Hibero loquaris,] Non tamen hoc erat opus. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 12. (3).

(1)

(1) Vid. & de hac Lege Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 4. §. 49. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 101. *seq.*

(2) Et de Back. *Diss. ad L.* 1. *D. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contrah. Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 94. add. D'Arnaud. *Variar. Conject.* II. 25. *p.* 383. & *Vit. Scaevol.* §. 21. *in fin. p.* 67. Minus bene Caes. Costa, *Var. Ambiguit. Jur.* I. 13. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1170. Pro *balnearia fecit* Vulg. habet *balneariam facit.* Basil. ποιοῦν βαλανεῖον, *facere balneum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed Florentinam defendit Merill. *loc. cit.* Sequitur in Lege: *non licet autem tubulos* &c. Per quos vis flammae & vaporis exit: tunc enim paulatim exureretur paries. Pothier. *in not. ad h. l.* Quaedam huc pertinentia vid. quoque in *Praetermiss. ad Labitt. & Schmucc.* in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 226.

(3) Sequitur in Lege: *nec Hiberum pro ea re dubitare* &c. Hal. & Vulg. habent *de ea re.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui putat, *pro ea re* scriptum esse pro *propter eam rem*, singulari quidem locutione, non tamen sine exemplo. *Pro* loco *de* etiam alibi a Nostris usurpatum videmus. Vid. notata inferius ad *L.* 13. §. 3. *de servit. praed. rustic.*

§. 1.

Parietem communem incrustare *licet*, *secundum Capitonis* (1) *sententiam:*] Merill. *Obs.* VIII. 8.

Sicut licet mihi pretiosissimas *picturas habere* &c.] Noodt. *de Usufr.* I. 11.

(1) Qui distincte bis tantum nominatur, nempe hic, & *L.* 29. *de rit. nupt.* Mascov. *de Sect. Sabinian. & Proculian. Cap.* 1. §. 3. *num.* 3. Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 177. *seq.*

L. XIV.

In area (1), *quae nulli servitutem debet*,] *Quae luminum servitutem debet* legit Cujac. *Obs.* I. 4. sed dubitanter: nec recte, & notatur a Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 21. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 521.] (2).

Legitimo spatio] Ex XII. Tabb. *Tab.* VIII. (3).

(1) Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 4. *num.* 2. ope geminationis legit *in area ea.* Vulg. habet *in ea area.*

(2) Add. Lud. Vital. *Lect. Variar.* II. 7. §. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 668. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 187. *seq.* Marckart. *Probab. Rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 6. *seqq.* Minus recte adeo Pothier. emendationem Cujacii in contextum recepit.

(3) Add. Brisson. *Sel. Antiq.* I. 2. & Haverkamp. *Diss. ad Constant. Harmenop. &c. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 48. *seq.* ubi de hujus juris progressu.

L. XV.

Ne (1) *quid ei officiatur ad* gratiorem *prospectum*, & liberum:] Quae differunt. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de action.*

Non officere] Expungit (2) Donell. *Comm. Jur. Civ.* XI. 5. existimans, servitutem *luminum*, & *ne luminibus officiatur* non differre, per *L.* 16. & 23. *h. t.* Hoc an recte dubito (3).

Opusque ei novum nunciare potest, &c.] Cujac. *Obs.* I. 17. (4).

(1) Pro *ne prospectui offendatur*, quod praecedit, Hal. & Vulg. habent *ne prospectus offendatur.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. de constructione verbi *offendere* cum Dativo Bynkersh. *Obs.* VI. 25. §. 3. Pauca de hac Lege habet Lud. Charond. *Verisim.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 697.

(2)

(2) Omisit quoque ea Hal. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 91. & 141.

(3) Add. notata superius ad *L.* 4. *h. t. not.* 2.

(4) Add. Lyclam. *Membran.* III. 11. — Ad seq. *L.* 16. vid. & Huber. *in Prael. ad tit. Inst. de servitut.* §. 13. *in fin.* & Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1408. Pro *videretur* Hal. & Vulg. habent *videatur.* Vid. Brencm. *d. loc.*

L. XVII.

Si arborem ponat, ut lumini officiat, &c.] Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Proxima deliberatio* &c. (1).

(1) De *heliocamino*, & *solario*, praeter Noodt. *loc. cit.*, vid. & Coras. *Miscellan. Jur. Civ* III. 14. Pothier. *in not. ad h. l.* Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 670. *not.* 46. *p.* 120. add. Interpp. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 10. & Hermol. Barbarum, *in Glossar. Plinian.* voc. *Zeta.* Pro *quo minus caeli videri possit*, ut Flor. scriptum est, Hal. & Vulg. habent *quo minus coelum* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. De scriptura vocis caeli per *ae* vid. Cellar. *Orthograph. Latin. Tom.* I. *p.* 194.

§. 2.

Eum quoque, qui tollit *aedificium,*] Id est, *diruit*, ut *L.* 2. *ne quid in loc. publ. L.* 27. §. *ult. L.* 38. *de reivindic.* Menag. *Amoenitat. Jur. Civ. Cap.* 29. (1).

(1) Pro κατὰ ἀντανάκλασιν, ut Flor. legitur, Hal. habet κατ' ἀνάκλασιν, quod praefert Alciat. *Parerg.* II. 25. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 16. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1551. Latina interpretatio a Cod. Flor. abest. Ceterum Vulg., omissis Graecis, habet *si forte pressura quadam* &c. Apud Hal. vero τὰ *vel pressura quadam* prorsus absunt. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — De formula *stillicidia uti nunc sunt, ut ita sint*, in seq. §. 3. quaedam collegit Brisson. *Select. Antiq.* I. 19. — Ad seq. *L.* 18. vid. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II.

II. 1. *p.* 88. & *Praetermiss. ad Labitt. & Schmucc.* in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 226. add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 5. §. 16. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 103.

L. XIX.

Quamvis humorem *capiat paries:*] Pro *aqua.* Varr. *Tumul. Menipp.* [*Fragm. p.* 148.] & *Rer. Human. Lib.* I. (1).

(1) Add. Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 487. Vid. & de hac Lege Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 4. §. 44. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 100. *seq.* ubi ex Plinio aliisque Scriptoribus antiquis observat, in balneis tres esse diaetas, seu cellulas, *caldariam*, *tepidariam*, *frigidariam*, & rationem reddit, quare hic de solo *tepidario* mentio fiat. Quaedam ad hanc Legem monuit quoque Ant. Guib. Costan. *Quaest. Jur. Memorab. Cap.* 17. §. 24. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 437.

L. XX.

Servitutes, quae in superficie consistunt, &c.] Id est, urbanae. *L.* 3. *de servitut.* (1).

Possessione retinentur.] Non *facto*, ut rusticae. *L.* 6. *h. t. L.* 32. §. 1. *eod.* An *rei retinentur?*

(1) Sic etiam Haverkamp. *Diss. ad Constant. Hermenop. Cap.* 2. in Thes. Diss. Juridic. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 55. *seqq.* ubi quoque docet, pro *et si quasi facto quodam possideo*, ut Flor. scriptum est, rectius Hal. habere *et sic quasi* &c. Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed pro *aliquid utor*, quod praecedit, male nonnullos legere *aliquo utor.* De qua verbi *uti* constructione vid. Sanct. *Minerv.* III. 3. *in fin.* & Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 27. *not.* 59. Consentire cum Florentina sex Codd. notat Brencm. *d. loc.* Verba *Idem eveniet & si moenianum* &c. transponit D'Arnaud. *Variar. Conject.* I. 2. *p.* 14. Sed vid. Jo. Can-

Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 28. §. 3. *p.* 132. Jungendam hanc Legem esse cum *L.* 14. *de servitut.* notat Merill. ad *d. L.* 14. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 645. — In seq. §. 1. pro *cessisti* Vulg. habet *concessisti.* Vid. Brencm. *d. loc.* Sed non opus. Vid. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 4. *p.* 215. De voce *clivos* vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1363. *in fin.*

§. 2.

Utilitas exigit, ut idem intelligatur:] *L.* 31. *h. t.* Facit huc *L.* 14. *de exc. rei judic.* Noodt. *de Usufr.* II. 11.

Et ideo, sublato aedificio, usus fructus interit:] Non velle id Paulum, sed tantum colligere, quid stricto jure sequatur, vult Noodt. *d. loc.* Sed contra *L.* 10. §. 7. *quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* (1).

(1) Add. Martres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 14. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 728. Pro *si quid strictius interpretetur.* Hal. & Vulg. habent *si quis* &c. Male. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. notata superius ad *L.* 19. *de Jurisdict.* — De verbo *cassitare* in seq. §. 3. & 4. vid. Conrad. *Parerg. p.* 538. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 393. *seq.* — In seq. §. 5. pro *lenius & interdum direptum* Vulg. habet *lenius cadat, & interdum directum.* Hal. *lenius & interdum nec directe perveniat* &c. Vid. Brencm. *d. loc.* & in fin. §. pro *servitute imponenda* Hal. & Vulg. habent *in servitute imponenda.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui rescribit *servitute in ponenda.* Si quid corrigendum, potius τὸ *in* omissum putem ob praecedentem literam *m* in voce *nominatim.* Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de Orig. Jur. not* 1.

§. 6.

Qui in ea area &c.] Chef. *Different. Jur. Cap.* 45. *num.* 7. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 761.] (1).

(1) Vocem *recte* priore loco nullam agnoscere editionem, in fine autem Legis eandem vocem omnes habere, quamvis ibi Flor. recentiore manu suppleta sit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXI.

Quod ad stillicidium meum attinet, sic statui debet, at, si altius sublatis aedificiis tuis stillicidia mea cadere in ea non possint, ea ratione altius tibi aedificare non liceat:] Nec est ratio, cur remissio ulterius extendatur, quam ad unam speciem. Alius casus *L.* 17. *comm. praed.* & *L.* 8. *quemadm. servit. amitt.* Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 367. *seq.* Facit huc *L.* 20. *tit. seq.* Vid. Chef. *Different. Jur. Cap.* 70. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 831. *seq.*] (1).

(1) Ad seq. *L.* 22. vid. & Cujac. *ad Lib.* II. *Julian. ex Minic. Natal.* De locutione *in praesentia* vid. notata superius ad *L.* 2. §. 35. *de orig. jur. not.* 1.

L. XXIII.

Pomponius *Lib.* XXXIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 33. *de contrah. emt.* unde hanc immutatam vult Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* III. 33. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 573.]

Si servitus imposita fuerit, &c.] Noodt. *ad h. t. Pand.* Vi. *Hoc constituta* &c. (1).

Et humanius est, *verbo generali omne lumen significari*, &c.] Aliud in odiosis. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 16. *num.* 13. (2).

(1)

(1) De formula *lumina, quae nunc sunt, ut ita sint,* vid. notata superius ad *L.* 17. §. 3. *h. t.*

(2) Vid. de hac Legis particulâ Averan. *Interp. Jur.* III. 25.

§. 1.

Futuro quoque aedificio, quod nondum est, vel imponi, vel adquiri servitus potest.] *L.* 10. *tit. seq.* De promissione accipit Noodt. *ad tit. Pand. comm. praed.* Vs. *Est & alia* &c. (1).

(1) Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servitut. num.* 6.

L. XXIV.

Ejus est in infinito &c.] Al. (1) *ei jus est* &c. quod praeferendum videtur.

(1) Ita Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui legit *eius*, id est, *ei jus*. Sic jam Forner. *Rer. Quotid.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 160. *in fin.* item Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 7. qui de hac Lege videndus. Vid. & A. G. Pagenstecher. *Adversar.* II. 14. qui tamen in *pr.* Legis legere mavult *cui jus est aedificium habere superius.* Egit etiam de hac Lege Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 669. *p.* 81. *seqq.* Pro *in infinito* Vulg. habet *in infinitum.* quod praefert Brencm. *d. loc.* Pari tamen modo scriptum quoque est in *L.* 9. *de servit.* ad quam vid. notata.

L. XXV. (1).

(1) Vid. Rucker. *loc. ad praec. Leg. cit.*

§. 1.

Et paries communis,] Pro diviso, & crassus. Caepoll. *de Servitutib. Cap.* 40. *num.* 19. nisi tamen nimis grave onus ei impositum sit. *L.* 14. §. 1. *si servit. vind.*

Jure eum altius habiturum Sabinus ait.] Nec enim inferioris pars servit. Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXVI.

Neque prohibere *quo minus alter faciat*:] Scil. *actione confessoria* (1). Sic non obstat *L.* 11. *si servit. vind.* *L.* 28. *comm. divid.* Nec per *novi operis nunciationem*. *L.* 3. §. 2. *de op. nov. nunc.* nec obstat *L. seq. in fin. h. t.*

(1) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de usufr.* §. 620. *not.* 22.

L. XXVII.

Sed si inter me & te &c.] Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 38.]

Nempe tecum mihi agere licet,] Non *negatoria actione* (1), sed *communi dividundo*, vel *interdicto uti possidentis*, vel etiam per Praetorem. *L.* 3. §. 1. *de op. nov. nunc.* Ita Fab. *in Ration. ad h. l.* & Chesius, *Different. Jur. Cap.* 6. *num.* 6. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 631.] Sic etiam capientes *L.* 11. *si servit. vind.*

Aut rem perdere.] Id est, *destruere*, ut *L.* 29. §. 1. *ad L. Aquil.* juxta Gloss. 2dam., Contium, Charond. *h.* (2). Non vero *amittere libertatem praedii*, ut Gloss. 1a., Cujac., Brunneman. *h.*

(1) De qua tamen Legem hanc intelligendam esse, contra Fabrum docet Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de usufr.* §. 620. *not.* 21. & *hoc tit.* §. 670. *p.* 117. *seq.*

(2) Add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 10. §. 14. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 113. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justinian. tit. si servit. vind. num.* 15. Gluck. *loc. modo cit.* §. 620. & *hoc tit.* §. 668. *not.* 73. *p.* 76. *seq.*

§. 1.

§. 1.

In jure communi non habeas &c.] Lege *in re communi* &c. (1).

(1) Ita Hal. & Vulg. quod praefert quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui putat, illud *jure* Librario obrepsisse, propterea quod bis praecedit *jus*, & mox etiam sequitur. *In re communi* edidit quoque Pothier. *in Pand. Justin. tit. pro socio, num.* 27.

L. XXVIII.

Quod esset proluendi *pavimenti caussa*,] Quod *spongiis* olim fiebat. *L.* 12. §. 22. *de instr. & instr. leg.* Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (1).

Neque enim perpetuam caussam habet, quod manu fit.] Haeret hic Bachov. *ad Wesemb. num. ult.* Vid. omnino Donell. *Comm. Jur. Civ.* XI. 13. pro quo adde *L.* 8. §. 6. & 7. *si servit. vind.* (2). Nec satisfacit Huber. *in Prael. ad tit. Pand. comm. praedior. num.* 6. & 7. & *Eun. Rom. p.* 568. *seqq.* (3).

Omnes autem servitutes praediorum perpetuam caussam habere debent: & ideo neque ex lacu &c.] Vid. tamen exceptionem in *L.* 9. *tit. seq.* & *L.* 2. *comm. praed.*

(1) Vid. de hac Lege Haverkamp. *Diss. ad Constant. Harmenop. &c. Cap.* 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 60. *seqq.* M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 4. §. 5. *not. c.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 102. qui etiam alios citat. add. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 440. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servitutib. num.* 16. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad tit. Pand. comm. praed.* §. 17.

(2) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 23. §. 8.

(3) De caussa servitutum perpetua pluribus quoque egerunt van Forell. *Disp. de Difficult. vulgo perperam damnat.*

nat. in mater. de servitutib. Cap. 2. in *Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. Vol.* IIII. *Tom.* II. *p.* 295. *seqq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 663. *p.* 36. *seqq.* qui etiam alios laudant. — Ad seq. *L.* 29. commentatus est Majans. *loc. modo cit.*

L. XXX.

§. 1.

Item usufructus in alterutris praediis adquisitus, non interrumpit servitutem.] Facit huc *L.* 1. §. 1. *h. t.* Unde patet, proprietatem servire (1).

(1) In praecedentibus verbis Legis pro *et tuorum partem mihi* Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 8. *p.* 69. ope geminationis legit & *tu tuorum* &c.

L. XXXI.

Concedenda erit Legatario utilis actio,] Facit huc *L.* 20. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Egit de hac Lege etiam Cujac. *ad Lib.* XLVIII. *Paul. ad Edict.*

L. XXXII.

Libertatem adversus Publium Maevium usucapiam:] Non adversus *Titium*, quia ab illo precario libertatem possideo (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* VII. *Julian. Digestor.*

§. 1.

Is autem, qui postea easdem aedes possidere coeperit, integro statuto tempore libertatem usucapiet:] Mutatum hoc

hoc post §. 8. *Inst. de usucap.* putat Huber. *in Prael. ad tit. Pand. quemadm. servit. amitt.* §. 7. Burg. *Elector. Cap.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 321.] (1). Sed haec Lex generalius loquitur, non de solo auctore. Vid. & Brunneman *ad h. l.* Jan. a Costa, *ad* §. 12. *Inst. de usucap.* Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 46. (2).

(1) Vid. & Voet. *ad tit. Pand. servit. quemadm. amitt.* §. 8.

(2) Et *Obs.* V. 31. add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 41. §. 6. Vinn. *ad* §. 7. *Inst. de usucap. num.* 6. Thomas. *in Schol. ad d. loc. Huberi.* — Ad seq. *L.* 33. vid. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 6. *p.* 52. *seqq.* ubi late disputat contra Ant. Fabrum, varia in hac Lege emendantem. Vid. & van Forell. *Disp. supra laud. Cap.* 4. §. 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 312. *seq.* quo capite probare conatur, servitutem *oneris ferendi* non esse servitutem anomalam: quae etiam est sententia Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 1. *Inst. de servitutib. num.* 3. Vid. & Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de servitutib.* §. 2. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1. Hoepfner. *Commentar ueber die Heinecc. Institution. tit. de servitutib.* §. 357. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 661. *p.* 16. *seqq.* Dissentiunt tamen alii. Vid. praeter Vinnium, *loc. cit.* etiam Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Sequuntur aliae duae* &c. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 1. Westenberg. *ad eund. tit.* §. 5. *seqq.* & quos plures citat Gluck. *d. loc. p.* 26. De varia hujus Legis lectione vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXXIV.

Et qui duas areas habet, alteram tradendo, servam alteri efficere potest.] *L.* 30. *pr. h. t. L.* 3. *comm. praed.* (1).

(1)

(1) Egit de hac Lege etiam Cujac. *ad Lib.* II. *Julian. ex Minic. Natal.*

L. XXXV.

Vel incertum condicere,] *L.* 22. §. 1. *de condict. indeb.* (1).

(1) Sequentem *L.* 36. exposuit quoque Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaestion.* Quem etiam vid. de seq. *L.* 37. *ad Lib.* VII. *Julian. Digestor.* ubi pro *& si duobus aedes cesserint* Vulg. habet *cesserit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Probante Cujacio, *d. loc.* & *in Recitat. ad h. l.* D. Goth. *in not.* „ Forte *cessae erunt.*" quod placet quoque Pothier. *in not. ad h. l.* — Ad seq. *L.* 38. vid. & Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaestion.*

L. XXXIX.

Nemo enim propriis aedificiis servitutem imponere potest, nisi &c.] In *rusticis* id potest. *L. ult. tit. seq.* Vid. Merill. *Different. Cap.* 5.

L. XL.

Aperto pariete communi,] *Aperto pariete inlumini,* Leunclav. *Notator.* II. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* IIII. *p.* 1510.] non reluctante olim Noodtio, *de Usufr.* I. 11. & *ad h. t. Pand.* Vs. *Tantum de pariete* &c. *Aperto pariete caeco,* Cujac. *Obs.* I. 31. [& II. 40.] quem sequitur Mornac. *ad h. l.* (1). Non recte. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 373. *seq.* (2).

(1) Et Leonin. *Emendat.* V. 10. *num.* 1.
(2) Et *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 6. Vid. & Hotoman. *Obs.* XIII. 31. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 581. Otton. *in not. ad* §. 1. *Inst. de servitutib. in fin.* Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 75. *seq.* Gluck. *Ausf. Erl.* *der*

der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. §. 670. *p.* 106. *seqq.* MSS. quoque Florentinam religiose servare, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & nihil mutandum, monet etiam Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 1. §. 3. & *Thes. Controv. Dec.* 23. §. 6.

L. XLI.

Olympico habitationem &c.] Vid. Huber. *Eun. Rom.* *p.* 375. *seq.* contra Autumnum, & Groenewegium (1).

Respondi, servitutem quidem non esse:] Quippe in re heredis propria. Vid. *L.* 20. *pr. si servit. vind.*

Sed heredem transire &c.] Ex mente defuncti praesumta.

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Responsor.* In praecedentibus Legis verbis *hortos* scriptum esse pro *hortus*, literis *o* & *u*, ut saepe, permutatis, notat Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. §. 9. *p.* 15.

§. 1.

Quatenus stillicidii rigor,] *Rectitudo*, Cujac. *Obs.* X. 2. (1).

(1) Et *in Recitat. ad h. l.* Pro *protectus* in seqq. verbis Legis Steph. H. a Porta, & Baudoz. habere *projectus*, sed Florentinam servare MSS. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. & de hoc §. Cujac. *Obs.* XIII. 27. quem bene refutasse Duarenum, *Disp. Anniversf.* I. 32. notat Bach. *ad Xenophont. Sympos.* *p.* 119. De verbis *aperto pariete* vid. Brisson. *de V. S.* voc. *aperire*, & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 670. *not.* 40. *p.* 117.

TITULUS III.

DE SERVITUTIBUS PRAEDIORUM RUSTICORUM (1).

(1) Singulas hujus tituli Leges exposuit Cujac. *in Recitat. ad h. t. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.*

L. I.

Servitutes rusticorum praediorum sunt hae: &c.] Vid. *ad h. l.* Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 36. (1).

Iter est jus eundi, ambulandi homini,] Sic & Cujaciana editio in *pr. Inst. h. t.* (2).

Qui (3) *actum habet, & iter habet etiam sine jumento.*] Utrumque expressum *Inscript. apud Gruter. p.* 201. 3. *ITER. ACTUS.*

Via est jus eundi (4), *& agendi* &c.] Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nunc viam* &c.

Nam & iter, & actum, & se via continet.] Al. *in se* (5). Vid. D. Goth. *in not.* & sic in *Instit.*

(1) Ubi de *itineris, actus, viae* discrimine egit. De quo vid. & Huber. *Eun. Rom. p.* 376. *seqq.* Lyclam. *Membran.* III. 12. Jo. Dan. Ritter. *Diss. de itineris, actus, & viae differentia*, in *edit. Theophil. Reitzian. Excurs.* XIX. *Tom.* II. *p.* 1226. *seqq.* Jo. Wolbers. *Obs Cap.* 1. & quos plures citat Jo. van Nispen. *ad Libb. Modestin. Different. Cap.* 10. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 92. add.

add. A. F. Schott. *Diss. de Vero actus & viae discrimine*, in *Opusc. Jurid. p.* 231. *seqq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 674. *seqq.*

(2) Hal. & Vulg. *hominis.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Ire* & *ambulare* quo modo differant, docet Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.* & *Probab.* I. 2. §. 3. & Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad pr. Inst. de servitut. praed. rustic. & urban. num.* 2. Vid. tamen Walch. *ad Hopp. Comm. ad d. pr. Inst.* & Gluck. *d. loc. p.* 139. *in fin. & seqq.*

(3) Pro *vel vehiculum*, quod in Lege praecedit, Hotoman. *Obs.* II. 21. legit *non etiam vehiculum.* Sed vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 204. & quos plures citat Gluck. *d. loc. p.* 149. *seq.* add. Bynkersh. *Obs.* IV. 7. qui tamen *ibid. vehiculum* minus bene interpretatur *currum trusatilem*, quamvis Bynkershoekio adsentiatur Heinecc. *in Additam. ad Vinn. loc. modo cit. num.* 4. & Otto, *in not. ad pr. Inst. de servitutib.* Sed vid. Ritter. *Diss. modo laud.* Walch. *ad Hopp. Comm. d. loc. num.* 2. Gluck. *d. loc. p.* 155. *seq.*

(4) Al. *vehundi*, quos sequitur Bynkersh. *Obs.* IV. 7. probante etiam Heineccio, *in Additam. ad Vinn. l. loc. num.* 6. & Ottone, *in not. ad pr. Inst. de servit.* Sed praeter Noodtium, *loc. a Schulting. cit.*, vid. & Ritter. *laud. Diss.* Walch. *ad Hopp. Comm. d. loc. num.* 3. Gluck. *loc. modo cit. p.* 157. *seqq.* Recte se habere hanc *viae* definitionem, monet quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 23. §. 7.

(5) Ita jam olim correctum esse, notat Brencm. *d. loc.* Vid. & Bynkersh. *loc. cit. & se* tamen magis placet Marcilio, *ad pr. Inst. de servitut.* quamvis *in Interpretam. ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 52. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 273. Pandectas Pisanas *male habere* dicat. & *se* defendit quoque Raevard. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 14. & Huber. *Digression. Part.* II. *Lib.* II. *Cap.* 14. *in fin.* De significatione *viae* elegantem esse observationem Gerardi Joannis Vossii, *in Etymolog.* voc. *via*, monet Noordkerk. *Obs. Cap.* 4. *p.* 88. De *aquaeductu* vid. Noodt. *ad h. t.*

Pand. Vſ. *Ex quatuor* &c. & Gluck. *loc. modo cit.* §. 682. *p.* 190. *ſeqq.*

§. 1.

Arenae fodiendae.] *Arena foſſitia*, Plin. *Hiſt. Natur.* XXXVI. 23. (1).

(1) Vid. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Tenes ſervitutes* &c. & Commentatores *ad* §. 2. *Inſt. de ſervitutib.* De ſervitute *aquae hauriendae* Diſſertationem conſcripſit C. F. Walchius, Jenae. 1754. add. Gluck. *d. loc. p.* 198. *ſeqq.*

§. 2.

Traditio] Haec non eſt modus adquirendi Juris Civilis. Ulpian. *in Fragm. tit.* 19. §. 7. add. *L.* 11. §. 1. *de Publc. in rem act.*

Inducet officium *Praetoris.*] *Tuitionem L.* 1. *pr. quib. mod. uſusfr. vel uſ. amitt.* (1).

(1) Vid. de hoc §. Noodt. *de Uſufr.* II. 2. & Majanſ. *Diſp.* LXVIII. §. 14.

L. II.

Ruſticorum praediorum ſervitutes ſunt, &c.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin. (1). Huber. *Eun. Rom. p.* 380. ait, JCtum loqui populari modo. Secundum Vinnium, *ad* §. 1. *Inſtit. de ſervitut. num.* 1. *ſeq.* loquitur hic JCtus pro arbitrio, non inſpecto juris effectu. & exploſa eſt haec Neratii ſententia. Jan. a Coſta, *ad* §. 1. *Inſt. de ſervitut.*

(1) Vid. & Maran. *in Paratitl. ad tit. Pand. de ſervit. praed. ruſtic. Oper. p.* 136. & quos plures citat Noordkerk. *Obſ. Cap.* . *p.* 11. *ſeq.* qui ipſe Noodtium ſequitur. add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand.* nach

nach Hellfeld. tit. de usufr. §. 622. *p.* 28. *seqq.* Sed Jani a Costa sententiam non improbabilem dicit Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad tit. Pand. de servitut.* §. 3. Wieling. olim *in not. ad Labitt. Cap.* 4. §. 7. hanc Legem emendare instituerat, sed deinceps sententiam mutavit, *Lection. Jur. Civ.* II. 1.

L. III. (1).

(1) In *pr.* pro *quam servitutem poni posse* Vulg. & Mss. habere *imponi posse*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Forte *τὸ in* omissum ob praecedentem literam *m.* Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur. not.* 1. — In seq. §. 1. pro *pedamento* Hal. & Vulg. habent *pedamenta.* Vid. Brencm. *d. loc.* — & in seq. §. 2. pro *cedere* Vulg. habet *concedere.* Sed vid. notata superius ad *L.* 20. §. 1. *de servitut. praed. urban.* Praeterea notat Brencm. *d. loc.* pro *terram, rudus,* cet. Hal. habere *terram, rudus, saxa in fundum tuum jacere, positaque habere, & ut lapides provolvantur.* Vulg. *terram in fundum tuum jacere, saxaque imposita habere, & ut lapides provolvantur.*

§. 3.

Qui habet haustum, iter quoque habere videtur &c.] Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 41. *Def.* 16. (1).

Ad flumen autem publicum, — iter debere cedi, haustum non oportere:] Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *De singulis* &c. Junge *L.* 5. *h. t.* (2). Add. Vital. *Lection. Variar.* II. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 670.]

(1) Add. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* III. §. 7. *p.* 121. Pro *haec de haustu, et de fonte privato* Al. habere *haec de haustu ex fonte privato*, notat D. Goth. Etiam Taurell. *in margine: ex.* Mutationem tamen recentiorem esse, quamvis eam Hal. & Vulg. receperint, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 3. §. 1. in *Jurispr. Restit.* *Wieling.* *p.* 36. Noodt. *loc. cit.* & *Probab.* I. 3. §. 10. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 175. *p.* 344. item Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 18. *pr.* qui tamen *pr. d. L.* 5. jungere mavult medio hujus §. 3. Sequentem vocem *haustum* Taurellium quidem parenthesi inclusisse, non tamen de suo addidisse, sed adscriptam esse Flor., licet recentius, notat Brencm. *d. loc.*

L. IV.

Si praedii fructus maxime in pecore consistat,] Add. casum *L.* 3. *pr. h. t.*

Si tamen testator personam demonstraverit, cui servitutem praestari voluit, emtori vel heredi non eadem praestabitur servitus.] Ergo est servitus *personalis:* de quo nimis laborat Huber. *in Prael. ad tit. praec. num.* 2. & quare *inter vivos* hoc non posse fieri velit, *ibid. num.* 3. nihil est caussae (1).

(1) Egit de hac Lege etiam Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Responsor.* Vid. & Merill. *ad L.* 15. *de servitut.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 647. Plura de *servitute pascendi* habet Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 678. *p.* 168. *seqq.*

L. V. (1).

(1) *Ergo secundum eum & vindicari poterit.* Vid. notata superius ad *L.* 3. §. 3. *h. t. not.* 2.

§. 1.

Non ultra posse, quam &c.] Ipso jure: secus tuitione Praetoria. D. Goth. *in not.* add. *L.* 33. §. 1. *h. t.* Cujac. *Obs.* III. 28. (1).

(1) Add. Noodt. *Probab.* I. 3. §. 8. Pro *nec haustum pe-*

pecoris, *nec appulsum* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 3. legit *nec haustum*, *nec pecoris appulsum:* probante Wielingio, *Lection. Jur. Civ.* I. 18. Eodem fere modo jam Hal. *nec haustum*, *nec appulsum pecoris.* H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exstant in Collat. LL. Mos. & Rom. Cap.* 11. *p.* 145. mavult *nec haustum*, *pecoris nec appulsum*, uti Criticum aequo religiosiorem forte lecturum, addiderat Wieling. *d. loc. in not.* Sed nihil mutandum, censet J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 10. §. 8.

L. VI.

Veluti si figulinas (1) *haberet*,] Fabrett. *Inscription. p.* 496. *seq.* *Creta figlinarum*, Plin. *Hist. Nat.* XIV. 20.

(1) Hal. *figlinas.* Utraque forma scribitur. Sic *olla figulini operis* occurrit apud Plin. *Hist. Nat.* XXX. 11. *in fin.* Pro *exportaretur*, ut Flor. scriptum est, Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. mavult *exportarentur*, plura notans hic esse mendosa.

§. 1.

Item silvae caeduae, ut pedamenta in vineas non desint.] Noodt. *Probab.* I. 3. *num.* 9. addit: *item cretae eximendae*, & censet hic Paulum ea porro subjunxisse, quae habentur in *pr. h. l.* & mox, post ea, quae leguntur Vs. *Quid ergo* &c. add. Idem, *ad h. t. Pand.* Vs. *Postrema servitutum* &c. Sed forte praecessere, quae a Triboniano omissa sunt, & unde haec pependere (1).

Quid ergo, *si* praediorum *meliorem* &c.] *Personarum*, Notator (2) Noodtii, *Probab.* I. 3. Non video caussam (3).

Non est dubitandum, *quin* servitutis *sit.*] Al. *servitus* (4).

Si hiems (5) *ingruerit*,] *Tempestas pluvia*, Nic. Catha-

tharin. *Obs.* *Cap.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 488.] ut Virg. *Æneid.* I. *vs.* 126. *Vicit hiems.* & *ibid.* *vs.* 129.

Emissamque hiemem sensit Neptunus.

(1) Noodtio, praeter Waechtlerum, *loc. mox cit.*, etiam contradixit Wieling. *Lection.* *Jur.* *Civ.* I. 18.
(2) Christfried. Waechtlerus, quem vid. *Opuscul.* *p.* 200.
(3) Rejicit quoque hanc emendationem Wieling. *loc. modo cit.* *p.* 62.
(4) Sic Hal. & Vulg. Sed vid. Noodt. *Obs.* I. 17.
(5) Flor. *hiemps:* de quo vid. Cellar. *Orthograph.* *Latin.* *Tom.* I. *p.* 250. *seq.* *Tugurii* appellatione quid significetur, docet Pomponius in *L.* 180. *pr.* *de V. S.* add. Varron. *de Re Rustic.* II. 17. & Isidor. *Origin.* XIV. 12.

L. VII.

Sella aut lectica] Conjungit haec & Senec. *de Brevitat.* *Vit.* *Cap.* 12. De utrisque Averan. *Interpr.* *Jur.* I. 30. add. D. Goth. *in not.* (1) & Lucian. *Cynico*, *p.* 722.

Nec hastam rectam ei ferre licere:] Quae ad hunc locum notat D. Goth. habet Scaliger. *Epistol.* 183. (2).

Et hastam rectam ferendi,] Rad. Forner. *Rer.* *Quotid.* I. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 157.] Facit huc Plutarch. *Laconic.* *Apophthegm.* *p.* 229. ubi Lysander per Boeotiam transiturus, rogat: *πότερον ὀρθοῖς τοῖς δόρασιν, ἢ κεκλιμένοις διαπορεύεται τὴν χώραν αὐτῶν.* add. Jos. Scaliger. *Epist.* 183.

(1) Locus Zoannetti, a Goth. citatus, exstat in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 663. *seq.* Vid. & Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription.* *Obs.* IV. & Gluck. *Ausf.* *Erl. der Pand. nach Hellfeld.* *hoc tit.* §. 674. *p.* 141. *seq.*
(2) Quem laudat quoque Grotius, *in Flor. Sparsion. ad h. l.* *p.* 141. add. Maran. *in Paratitl. ad h. t.* *Pand.*

Pand. Oper. p. 137. Otton. *ad pr. Inst. de servitut. num.* 5. Pothier. *in not. ad h. l.* — Ad seq. *L.* 8. vid. Jac. Gothofred. *in Probat. ad Tab.* VIII. *LL.* XII. *Tabb.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 128. *seq.* & Balduin. *in LL.* XII. *Tabb. Cap.* 20. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 95. *seq.* add Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nunc viam* &c. in fin. & Averan. *Interpr. Jur.* I. 30.

L. IX.

Nisi ex capite (1),] *L.* 1. §. 8. *de aq. quotid. & aestiv.*

Hodie (2) *tamen ex quocunque loco constitui solet.*] *L.* 2. *tit. seq.*

(1) In seqq. verbis Legis Flor. non *vel ex fonte*, sed *vel ex ponte* legi, contra Russardum notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. in eo lapsum, quod putaverit, Taurellium semper, & indistincte mendas archetypi repraesentasse, cum in manifestissimis suo judicio sit usus.

(2) Ex Constitutione Antonini Caracallae. Vid. Schulting. *ad Inscript. Paul. Sent. not.* 1. in *Jurispr. Antejustin. p.* 211. qui hunc locum Pauli collocavit ad calcem *Lib.* I. *tit.* 17. *Paul. Sent.* in *Jurispr. Antejustin. p.* 257. add. de hac Lege Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 663. *p.* 49. *seqq.*

L. X.

Labeo ait, talem servitutem constitui posse, ut aquam quaerere, & inventam ducere liceat: &c.] Hoc jus generale videtur differre ab itinere determinato ad aquam, de quo *L. ult. si serv. vind.* (1). Huber. *Eun. Rom. p.* 381. *seqq.* intelligit servitutem *promissam.* Sed obstat, praeter *constituendi* verbum, etiam *τὸ cedi.* Potius dic, posse illam imponi saltem areae, & sic post in aedificium

transferri. Facit huc *L.* 20. §. 2. *tit. praec.* Donell. *Comm. Jur. Civ.* XI. 10. Nec obstat, quod nullus interim ejus est usus: est enim jus, quod est & absque exercitio. *L.* 19. *quemadm. servit. amitt. L.* 7. §. 1. *comm. praed. L.* 5. & 6. *si servit. vind.* Si tamen non appareat aqua, servitus etiam nulliter erit constituta. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 42. *num.* 14. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 748.]

(1) Ant. Govean. *Lection. Variar. Jur. Civ.* I. 17. aliud esse dicit *iter aquae*, aliud *aquae ductum*. Sed vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 666. *not.* 42. *p.* 63. Egit de his Legibus etiam Galvan. *de Usufr. Cap.* 31. §. 7. & Pothier. *in not. ad h. l.* Cujacius, *in Recitat. ad h. l. & ad Lib.* XLIX. *Paul. ad Edict.* pauca de hac Lege habet.

L. XI.

CELSUS *Lib.* XXVII. *Digestorum.*] Junge *L.* 10. *de evictian.* (1).

(1) Vid. Labitt. *de Usu Indic. Cap.* 3. §. 32. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 52. *seq.* add. de hac Lege Rucker. *Interpr. Cap.* 2. *p.* 173. *seq.* Aliter Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 21. *p.* 74. *seq.* Ruckerum sequitur J. B. Koehler. *Interpr. & Emend.* II. 5. *p.* 29. *seq.* notans E. C. Westphalium, *de Libert. & servit. praed. Sect.* III. *Cap.* 28. §. 789. qui pro *potest separatim cedi* legit *non potest* &c.

L. XII.

Et vehiculum ducere liceat.] *L.* 1. *h. t.* (1).

(1) Vid. de hac Lege Jo. van Nispen. *ad Libb. Modestin. Different. Cap.* 10. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* 1. *p.* 92. *seqq.* add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 30. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 675. *p.* 147. *seq.* Pro *qua quis* pe-

pedes &c. Hal. habet *quo quis* &c. Sed vid. notata superius ad *L.* 10. *de servitutib.*

L. XIII.

Velut vineis: quod ea ad solum magis, quam ad superficiem pertinet:] Add. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de servitut.* (1).

(1) *Pr.* hujus Legis explicuit Haverkamp. *Diss. ad Constant. Harmenop. &c. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 55. *seqq.* ubi Janum a Costa refutavit. — In seq. §. 1. Flor. initio scriptum erat *at si iter* &c. unde factum est *aut si* &c. superposita *u.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui cum Taurellio antiquam scripturam praeferendam putat. Sequitur: *modo determinabitur.* Ubi τὸ *modo* non Adverbialiter poni, sed esse casum sextum τοῦ *modus*, notat B. Voorda, *ad Jan. a Costa, Prael. ad Ill. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 43. Cod. Pand. Erlang. habet *modus.* Vid. Gluck. *loc. modo cit. hoc tit.* §. 677. *not.* 80. *p.* 167. Porro pro *constitit* Hal. & Vulg. habent *consistit.* Sed vid. notata superius ad *L.* 1. §. 2. *de Just. & Jur. n.* 4. Denique *arbitrum* intelligendum hic esse *Judicem*, docet Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. *p.* 69.

§. 2.

Hoc ab arbitro statuendum est.] Ergo nulla *legitima* latitudo. Quaedam Averan. *Interpr. Jur.* I. 30. *num.* 14. (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc.* §. 675. *p.* 152.

§. 3.

Pro quo ipso, *si dubitabitur*, &c.] Id est, *de quo ipso* &c. ut *L.* 7. §. 16. *de pact.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 13. *pr. de servit. praed. urban. not.* 3. *Pro quo ipso*, id est, pro electione loci; non vero latitudinis, quae Lege definita est. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XIV.

Pomponius *Lib.* XXXII. *ad Quintum Mucium.*] Junge *L.* 21. *de aq. & aq. pluv. arc.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 438. *seq.*

L. XV.

Dum ne domino praedii aquagium deterius faceret.] Facit huc *L.* 6. *Cod. de servitut.* (1).

(1) Vid. de hac Lege Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 420. *seq.* add. *Praetermiss. ad Labitt. & Schmucc.* in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 2 6. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld tit. de servitut.* §. 666. *p.* 63. — Ad seq. *L.* 16. vid. Galvan. *de Usufr. Cap.* 32. §. 4. & Zach. Huber. *Diss. Lib.* III. *Diss.* I. *Cap.* 2. *p.* 377. *seqq.* Alia exempla Rescriptorum Graece editorum habet Jac. Gothofred. *de Imper. maris*, *Cap.* 2. in *Oper. Minor. p.* 70. — In seq. *L.* 17. non legitur *nisi proprio quis jure* &c. ut Taurellius post Vulg. & Hal. edidit, sed hoc ordine *nisi proprio jure quis* &c. Vid. Brencm. *h* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quod quamvis nullius momenti sit, novum tamen argumentum praebet, scripturam Florentinam non ubique a Taurellio ad amussim servatam esse. — Seq. *Legem* 18. accipiendam esse de via imposita per plures fundos *unius*, notat Cujac. *Obs.* XIV. 11. Pro *si vel uno* &c. in fine Legis Vulg. habet *si vero* &c. Vid. Brencm. *d. loc.*

L. XIX.

Si unus ex sociis &c.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* XV. 34. Sin-

Singuli ex sociis, sibi dari oportere, petere possunt:] *L. ult. tit. seq.*

Quia ita dari eis potest a te: &c.] Pro *a te* legit *iter* Huber. *Eun. Rom. p.* 383. *seq.* ubi defendit hanc Legem a censura Groenewegii (1).

(1) Vid. de hac Lege B. Voorda, *in not. ad Jan. a Costa, Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 25. *seqq.* qui fidem Taurellii secutus, post τὸ *potest* ponit (,) & pro *a te ne* legit *quare nec.* Sed Taurellium quidem post Hal. & H. a Porta edidisse *potest a te*; verum *a te* initio lineae scriptum tantummodo esse ad supplendum spatium, quod imprudens Librarius reliquerat, qualia & in tribus anterioribus lineis praeposita sunt, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ut adeo τὰ *a te* videantur sine temeritatis nota expungi posse. — In seq. *L.* 20. §. 1. ad verba *non manufacto* Flor. in margine adjectum est *opere*, sed recentiore manu. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, plura hic reperiri aut omnino, aut recenter correcta: supplementum tamen illud *opere* omnes, etiam Hal., recepisse, & plura quoque Mss. *Manufacta* & *nativa* etiam apud alios Scriptores Latinos opponi, exemplis docet Drakenborch. *ad Liv.* II. 5. §. 4. — Seq. *Legem* 22. in Basilic. junctam esse praecedenti *Legi* 21. quamvis diversi auctoris sint, notat Brencm. ad *d. L.* 22. in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXIII.

Alioquin iter erit,] *Aut actus*, addit Hotoman. *Obs.* II. 21. & Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nunc viam* &c. in fin. Commodius, sed non necessario. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 17. *th.* 4. *Lit. C. p.* 666. *in fin.* (1).

(1) Ad seq. §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 675. *in fin. p.* 144. — In seq. §. 2. pro *publicaretur*, priore loco, Hal. habet *publicetur*, &

po-

posteriore loco „, *publicatur*. Plura hic mendosa esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In seq. §. 3. pro *jus sibi esse fundi* Hal. & Vulg. habent *jus sibi esse eundi*. Vid. Brencm. *d. loc.* non improbante Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.* Sed Florentinam tuetur Gluck. *d. loc. tit. de servitut.* §. 659. *not.* 14. *p.* 5. qui *jus fundi* explicat *jus servitutis*. Porro in fine Legis pro *divisi* Al. habere *divisionis*, probante Cujacio, *Tract.* IX. *ad African. in pr.* notat D. Goth. *ad h. l.* Sed Florentinam sisti in Libris scriptis, & editis, quos contulit, notat Brencm. *d. loc.* Emendationem Cujacii rejicit quoque Ant. Fab. *d. loc.* Denique pro *aut si* &c. Vulg. praemissis duobus punctis, habet *ut si* &c. & sic etiam in plerisque MSS. legitur. Vid. Brencm. *d. loc.* Quaedam de hoc §. habet quoque Petr. Beloïus, *Varior. Jur. Civ.* IV. 10. §. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 714.

L. XXIV.

Ex meo aquaeductu &c.] Faber, *Conject.* V. 11. Defendit hanc Legem a censuris Huber. *Eun. Rom. p.* 384. *seq.*

Uti ea possit:] Lege *possim* (1).

Proculi sententia verior est.] Non tamen recepta, Noodt. *Probab.* I. 3. per *L.* 1. §. 16. *de aq. quotid. & aestiv.* (2).

(1) Sic etiam Hal. & Vulg. & MSS. quoque. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Aliter Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 4. §. 35. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 114. ubi etiam alii auctores citantur. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servitut. num.* 37. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 664. *p.* 54. *seq.*

L. XXV.

Fiat ejus aquae *divisio.*] Adeoque non ipsa servitus, sed ejus commodum dividitur.

L. XXVI.

Si via, iter, actus, &c.] Leonin. *Emendat.* III. 8. non satis bene.

Legetur] *Per damnationem*, Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 13. & *Obs.* I. 31. (1). Huber. *Eun. Rom. p.* 385. *seq.* locum facit *praeventioni*, disputans contra censores. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 5. verba *facultas est heredi* exponit *ante moram*, *postea Legatarii.* Non recte Vital. *Lection. Variar.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 671.]

(1) Et *ad L.* 9. *de servitut.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 641. Sic etiam Cujac. *ad Lib.* XLVII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* add. notata superius ad *L.* 9. *de servitut.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 677. *p.* 164. *seqq.* & §. 682. *p.* 193. *seq.* qui etiam alios laudat.

L. XXVII.

Si communi fundo meo & tuo serviat fundus Sempronianus, & eundem in commune redemerimus, servitus extinguitur: quia par &c. (1) *At si proprio meo & proprio tuo idem serviat, manebit servitus:* &c.] Ratio differentiae, quia priore casu fundus serviens totus cum omnibus suis partibus transit ad dominantem: sed posteriore casu serviens & dominans fundus confunduntur per partes. Ches. *Different. Jur. Cap.* 58. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 801.] quem vide. Cujacius, *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaestion. in expl. L.* 34. *h. t.* (2) quia nulla

pars

pars in priore casu unius solius est, cujus vi fieret retentio, secus in posteriore.

(1) Solam hanc rationem non sufficere, observat Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. quemadm. servit. amitt. num.* 3.

(2) Et *ad Lib.* VII. *Julian. Dig. in expl. h. l.* De pugna, quae videri posset inter hanc Legem intercedere & *L.* 34. *pr. eod.* egit quoque Gilb. Regius, *Enantioφ.* I. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1493. *seq.*

L. XXVIII.

Servitus neque adquiritur, neque deperit.] Add. *L.* 25. §. 17. *fam. ercisc.* Se invicem impedient, ut in *L.* 2. §. 2. *quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXXIV. *Julian. Dig. in expl. h. l.* & Pothier. *in not. ad h. l.* — In seq. *L.* 30. pro *recepisset* Hal. habet *excepisset*. Sed e septem Mss. quinque Florentinam tueri, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Saepe quoque *recipere* usurpatur pro *excipere*. Vid. notata ad *L.* 205. *de Verb. Signif.* add. Balduin. *in Justinian. Lib.* II. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1101. Const. Land. *Praetermiss.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1455. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *recipere, num.* 7. A. Gronov. *ad Justin.* XXI. 5. & J. F. Gronov. *Lect. Plautin. p.* 339.

L. XXXI.

Continua] Una serie.

Adjecta] Id est, *ex ordine locata. L.* 27. §. *ult. de instr. & instr. leg.* Cujac. *ad L.* 7. §. 1. *tit. seq.* (1).

(1) *Adjacentia* interpretatur, *ad Lib.* II. *Julian. ex Minic. Natal. in expl. h. l.* Hal. & Vulg. habent *objecta*. Sed vid. Ant. Augustin. *Emendat.* III. 6. in

in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1512. — Ad seq. *L.* 32. vid. Cujac. *Tractat.* VI. *ad African.*

L. XXXIII. (1).

(1) Vid. de hac Lege Cujac. *Tract.* IX. *ad African.*

§. 1.

Nisi pactum, vel stipulatio etiam de hoc subsecuta est: neque eorum cuivis, neque alii vicino poteris haustum ex rivo cedere:] Vid. *L.* 5. §. 1. *h. t.* Noodt. *Probab.* I. 3. §. 5. (1).

(1) Add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad tit. Pand. comm. praed.* §. 13. Pro *servitutis fructus* in fin. legis Ant. Faber, *Conj.* V. 11. & *in Ration. ad h. l.* legit *servitus servitutis*, probante Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 664. *not.* 23. *p.* 53.

L. XXXIV.

Inter eosdem fuerint communicata,] Pro parte, juxta Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. Sed vid. Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 27. *h. t.*

L. XXXV.

Et postea ex eo fonte aquam fluere coepisse:] Exemplum fontis, qui ad XIII. aut XIV. annos fluit, & dein totidem annos cessat, in *Delices d'Espagne*, *p.* 555.

Quorum mihi postulatio cum non iniqua visa sit, succurrendum his putavi (1).] Idem extendunt ad alia jura, V. C. *merum imperium.* Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 3. *Def* 23.

Itaque quod jus habuerunt tunc, &c.] *L.* 23. *quib. mod.*

mod. usufr. vel us. amitt. L. 14. *quemadm. servit. amitt.*

(1) Rescriptum hoc deberi Caesari *Augusto*, notat Cujac. *ad praec. L.* 34. §. 1. probante Ottone, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 34. ubi & de *Statilio Tauro*, quem Cujacius, *in not. ad* §. 1. *Inst. de milit. testam.* minus bene confundit cum *Catilio Severo*, cujus mentio eo loco fit. Vid. Bach. *in Trajan. p.* 192. *seq.* add. Burman. *ad Quinctil. Instit. Orator.* VIII. 2. *p.* 674. — Ad seq. *L.* 36. vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Responsor.*

L. XXXVII.

Δάκτυλου] *Aquae digitus*, Inscript. apud Gruter. *p.* 475. 3. (1).

Usum aquae personalem] *L.* 1. §. 12. *de aq. quotid. & aestiv.*

(1) Add. Wesseling. *Obs.* II. 27. *p.* 266. Vid. & de hac Lege Alciat. *Dispunct.* II. 7. & Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. Responsor.*

L. XXXVIII.

Si aut vado transiri potest,] Per gradus quosdam lapideos, sive ponte, Accursius: inepte (1).

Diversum, si pontonibus (2) *trajiciatur* (3).] Ratio, quia non videtur habere perpetuam caussam. Merill. *Different. Cap.* 6. (4).

Haec ita, si per unius *praedia* &c.] *Praeter unius*, Leonin. *Emendat.* II. 18. *num.* 7. ubi de hoc loco (5).

(1) De *ponte* vid. *Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 117.
(2) De quibus vid. J. Cannegier. *Obs. Cap.* 13. §. 17. *p.* 428. *seq.* add. Du Cange, *in Glossar.* voc. *Pontones. Tom.* III. *Col.* 386.
(3) Sic Hal. Sed Flor. *traiciatur*. Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de Senatorib.*

(4)

(4) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servitut. num.* 10. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 662. *not.* 69. *p.* 33.

(5) In seqq. verbis Legis pro *quia via consummari solet* &c. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 4. legit *quia via continuari solet* &c. Varia quoque in hac Lege corrigit Ant. Govean. *Lect. Variar. Jur. Civ.* I. 36.

TITULUS IV.

COMMUNIA PRAEDIORUM, TAM URBANORUM, QUAM RUSTICORUM (1).

(1) Ad singulas hujus tituli Leges commentatus est Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.*

L. I. (1).

(1) *Aedificia urbana quidem praedia appellamus;* &c. Non obstat *L.* 198. *de verb. signif.* Vid. Reinold. *Orat. de Legi Inscript.* §. 12. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 198. *seq.* & notata ad eam Legem.

§. 1.

Nemo enim potest servitutem adquirere, &c. nisi qui habet praedium.] Addit Vulg. *nec quisquam debere, nisi qui habet praedium*; probante Noodtio, *ad h. t. Pand.* VI. *Igitur praedii* &c. (1).

(1) Vid. & de hoc §. Gordon. *Praetermiss. Jur. Civ. Cap.* 16, in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 881. — In seqq.

L. 2. *Antoninum* intelligendum esse Antoninum Caracallam, observat Schulting. *ad Inscript. Paul. Sent. not.* 1. in *Jurispr. Antejustin. p.* 211. & *ad Lib* I. *tit.* 17. *not.* 10. *p.* 257. Pro *ad Tullianum* Vulg. habet *ad Julianum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. & de hac Lege Cujac. *Obs.* III. 28. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servitut. num.* 8. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 663. *p.* 44. *seqq.* qui etiam alios laudat.

L. III.

Serviat] *L.* 7. *pr. h. t.*

Jure imposita servitus intelligitur (1).] *L.* 36. *tit. praec. L.* 34. *de servit. praed. urban. L.* 6. *L.* 8. *h. t.*

(1) Flor. *intellegitur.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

L. IV.

Caveri, ut ad certam altitudinem monumentum aedificetur, non potest:] D. Goth. *in not.* „ Reperio tamen apud Ciceron. *de Legib.* Atheniensium Lege cautum fuisse, &c. " Quid hoc ad servitutes?

Quia id, quod humani juris esse desiit, servitutem non recipit:] *L.* 1. *tit. seq.*

L. V.

Respondi, servitutem recipere (1), *nisi sibi, nemo potest.*] Male objicitur *L.* 6. §. 3. *h. t.* Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 386. *seq.*

Ita ut tota servitus ad eum, qui receperit, pertineat.] Junge *L.* 64. *de contrah. emt.* & vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (2).

(1) Hal. *excipere*, & sic etiam in seqq. *exceperit* pro *re-*

ceperit. Sed vid. notata superius ad *L.* 30. *de servit. praed. rustic.*

(2) Add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 3. §. 38. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 61. *seqq.*

L. VI.

Quia neque adquirere alienis *aedibus servitutem*, &c.] *L.* 5. *h. t.* (1).

(1) Obstat *L.* 8. *h. t.* ad quam vid. notata.

§. 1.

Nam & hic pro duabus domibus accipi debet.] Wissenbach. *Disp. ad Pand. tit. de servitut.* §. 2.

§. 3.

Neutris servitutem vel adquirere, vel imponere me posse,] D. Goth. *in not.* „ Sed posse constat. " Falsum: nec obstat *L.* 27. *tit. praec.* quae non de adquirenda servitute, sed tantum retinenda, quod facilius. *L.* 34. *eod.* quod & notat Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (1).

Scilicet ante traditionem.] Per *L.* 8. *h. t.*

(1) Hal. pro *me posse* habet *non posse.* Sed vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1555. & Jauch. *de Negation. Pand. p.* 68.

L. VII.

§. 1.

Interpositis quoque alienis aedibus imponi potest:] Leonin. *Emend.* II. 18.

Veluti, ut altius tollere, vel non tollere liceat:] *L.* 5. *tit. seq.*

Vel etiam, si iter debeatur, &c.] *L.* 15. *h. t.*

Interpellari eum,] Lege *eam* cum Cujac. *in Recitat. ad h. l* (1).

(1) *Eam* habet quoque Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VIII.

Si, cum duas haberem insulas &c.] Vital. *Lection. Variar.* II. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 664. *seq.*] (1).

(1) Ubi pugnam tollere conatus est, quae possit videri inter hanc Legem intercedere, & *L* 6. *pr. h. t.* Idem tentarunt quoque alii, quos citat Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 11. add. Pothier. *in Pand. Justin. tit. de servitutib. num.* 27. Ipse Voorda, Veteres hac in re dissensisse, putat, standum tamen a partibus Pomponii. Pugnam agnoscit quoque Puttman. *Miscellan. Cap.* 23. *p.* 221. *seq.* Sed standum censet a partibus Ulpiani.

L. X.

Quidquid venditor, servitutis nomine, sibi recipere vult, &c.] *L.* 6. *in fin. L.* 7 *pr. h. t.* (1).

(1) Verba Legis sequentia: *nam illa generalis exceptio* QUIBUS EST SERVITUS, UTIQUE EST, *ad extraneos pertinet*, secundum Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ita emendanda sunt: *nam illa generalis exceptio* QUIBUS EST SERVITUS, *utique ad extraneos pertinet.* Videtur scil. verbum *est* olim non suo loco positum fuisse, & postquam hoc factum, posterius deleri neglectum. Taurellius τὸ *est*, priore loco, asteriscis inclusit. Ant. Augustin. *Emend.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1512. *utique est* exponit & *ut est.*

L. XI.

Refectionis gratia, &c.] Vid. Leonin. *Emendat.* III. 6. (1).

Sed

Sed & depressurum, vel adlevaturum rivum, &c.] Sine detrimento tamen praedii servientis: ita non obstat *L.* 1. *in fin. de rivis. L.* 3. § *pen. de itin. actuq. priv.* Zoes. *ad tit. Pand de servit. urban. praed. num.* 19. — Dominum scil. rei servientis. Leonin. *ibid. num.* 10. qui mox legit: *per quem aquam jure ducis, potestatem prohibendi habes* (2).

(1) In seqq. verbis Legis: *qua tamen accedere* &c. τὸ *qua* Flor. mutatum est in *quia*, superscripta *i*. Hanc tamen correctionem omnes recentiores suspectam habere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) *Ducis* habet quoque Cod. Pand. Erlang. Vid Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 666. *not.* 45. *p.* 65. qui *ibid.* aliam ex Westphalio emendationem proponit, legente: *sed & deprimendi vel allevandi rivum, per quem aquam jure ducis, potestatem habes*, & notat Jensium, *in Strict. ad Pand. p.* 76. qui *duci* malam versionem putat τοῦ ἄγεσθαι, vel κατάγεσθαι, quod *active* interpretandum fuisset. Idem Jensius *in Append. p.* 650. pro *sed & depressurum* legit *sed & te depressurum.* — Τὸ *jacere* in fin. seq. §. 1. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. interpretatur *rivi reficiendi caussa egerere, & collocare*, addens, Flor. recentiorem manum ex *jacere* fecisse *facere*, quod tamen a nemine admissum est. Basil. καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὕλην ἀποτίθεσθαι.

L. XIII.

Per stipulationis vel venditionis legem obligantur.] Vid. Grotium, *de Jure Bell. ac Pac.* II 3. *num.* 15. (1)

(1) In initio Legis pro *Botrojano* legendum esse *Botriano*, cum media *o* Flor. sat antique deleta sit, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sequitur: *ne contra eum piscatio thynnaria exerceatur.* De qua vid. Cujac. *Obs.* XXIV. 22. & Jo. Brodaeum, *Miscellan.* VI. 8. quem citat Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *thynnaria.* Add. Ant. de Villes,

in Thes. Italiae, *Tom.* VI. *Part.* IV. Vid. Sax. *Onomast. Literar. Part.* IV. *p.* 392. Vulg. pro *contra eum* habet *circa eum.* Vid. Brencm. *d. loc.* Quaedam de hac Lege habet quoque de Retes, *Opusc. Lib.* II. *Sect.* IV. *Cap.* 2. §. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 160. Male nonnullos inde exsculpere novam servitutis speciem, quam *thynnariam* vocant, docet Gluck. *d. loc. hoc tit.* §. 683. *p.* 203. *seq.*

§. 1.

Si constat, &c.] Hic §. parum elegantis Latinitatis (1).

(1) Pro *solitum solacium* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 5. legit *solitum solarium:* & in fin. Legis pro *jure domino adimatur* reponit *pure domino adimatur*. Sed utramque hanc Hoffmanni emendationem refellit Puttman. *Probab. Jur. Civ.* II. 7. Pro *solacium* Vulg. quoque habet *solarium*, probante Ant. Fabro, *in Ration. ad h. l.* & Gluck. *loc. modo cit. not.* 72. *p.* 202. Flor. literam *c* quemdam in *r* convertisse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Solarium* edidit quoque Pothier., & agnoscere etiam videtur Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 418. Vid. tamen praeter Puttman. *d. loc.* etiam Brisson. *de verb. signif.* voc. *solacium*. De sensu postremae hujus §. partis quaedam quoque monuit Langebek. *Adnotat. Cap.* 29. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 567. — Ad seq. *L.* 14. vid. Cujac. *ad Lib.* XLI. *Julian. Digestor.* Pro *quod fere* &c. Vulg. habet *quod facere* &c. Apud Hal. τὸ *fere* abest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — In seq. *L.* 15. Flor. scriptum est *qui per certi locum* &c. Sed Hal. & Vulg. omnes habent *qui per certum locum* &c. in quem modum etiam Flor. minime recenter correctum est. Vid. Brencm. *d. loc.* qui propterea correctionem hanc recipiendam censet.

L. XVI.

Potest etiam in testamento &c.] Verba §. *ult. Inst. de servitut.* (1).

(1)

(1) Ad quem locum vid. Vinn. ibiq. Heinecc. *in Additam.*

L. XVII.

Si precario vicinus &c.] Vid. Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.* (1).

(1) De *maceria* plura conscripsit Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* I. De locutione *jus sibi esse — aedificatum habere* vid. Bynkersh. *Obs.* V. 5. *in fin.* add. notata superius ad *L.* 13. *de Legib. not.* 1.

L. XVIII.

Receptum est &c.] Vid. Merill. *Lib. Sing. Different. Cap.* 7. (1). Add. contra Censores quosdam Huber. *Eun. Rom, p.* 387. *seqq.*

Vel alio modo] Haec potius inducenda, quam priora *vel alio genere.* Scip. Gentil. *Parerg.* I. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1288.] (2).

Nihil agetur:] Facit huc *L.* 8. §. 2. *de option. vel elect. legat.*

Cum enim postremus cedat, non retro adquiri servitus videtur:] Est enim servitus *jus:* qualia non ita retrotrahuntur. Merill. *d. loc.*

Sed perinde habetur, &c.] *Nec perinde* &c. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 242. Male (3).

Igitur rursus hic actus pendebit,] Posterior cessio. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 17. *th.* 6. *Lit. b. p.* 669. (4).

Idemque dicendum est, & si alter cedat, alter leget servitutes:] Qui enim legat, post mortem non posset amplius cedere.

Nam, si omnes socii legent servitutes, & pariter eorum adeatur hereditas, &c.] Quamvis enim dies ante cedat,

jus tamen in re tunc demum adquiritur. Averan. *Interpr. Jur.* II. 16. *num.* 22. & 25.

Nec enim sicut viventium, ita defunctorum actus suspendi,] Suspendi possunt utrique, sed non eodem modo; actus inter vivos suspendi quidem possunt, sed tamem ex praesenti vires capiunt, non tempore aditae hereditatis. *L.* 26. *de stipul. servor. L.* 42. *de oblig. & act.* Merill. *Obs.* V. 15. (5). *Viventium.* Facit huc *L.* 3. §. 5. *de stat. liberor.*

(1) Qui huic Legi jungendam dicit *L.* 26. *de stipul. servor.* Vid. & Idem, *Obs.* V. 15. Explicuit hanc Legem Rucker. *Interpr. Cap.* 2. *p.* 167. *seqq.* Vid. & Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 21. Jo. Gotfr. Sammet. *Opuscul. p.* 122. *seqq.* J. B. Koehler. *Interpr. & Emendat.* II. 5. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld.* IX. *Th.* II. *Abtheil. Zusätze, und Verbesserungen.* Quaedam ad hanc Legem notavit quoque Mattres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 16. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 728.

(2) Probante & Koehler. *d. loc.* nec dissentit Rucker. *d. loc. p.* 174. Sed Wielingio *loc. cit.* utrumque suspectum est. Gul. Bilderdyk. *Obs. & Emend. Cap.* 37. *p.* 217. *seq. vel alio modo* et *vel alio genere* diversas lectiones esse ait ejusdem dictionis, in utraque corruptae, & legendum esse *vel aliquo modo*, aut forte simpliciter *vel aliq.* id est, *aliqua.*

(3) Vid. Rucker. *d. loc. p.* 175. *seq.* Sequitur in Lege: *atque si post* &c. Ubi Flor. τὸ *post* antiquis uncinulis inclusum est, & deinde recentius linea transversa deletum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. cui etiam τὸ *post* delendum videtur, ut anticipatum ex sequenti *postremus.* Conf. Koehler. *d. loc. p.* 25.

(4) Et Pothier. *in not. ad h. l.*

(5) Sed vid. Rucker. *d. loc. p.* 194. *seq.* quem recte Merillium refutasse, dicit Wieling. *d. loc. p.* 76.

TITULUS V.

SI SERVITUS VINDICETUR VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR (1).

(1) Singulas hujus tituli Leges explicuit Cujacius, *in Recitat. ad h. t. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.* Praecipuos auctores, qui de *actione confessoria* & *negatoria* egerunt, citavit Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 685. *not.* 52. *p.* 230.

L. I.

Sepulchra autem nostri dominii non sunt.] *L.* 4. *tit. praec.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad tit. Pand. de mort. infer.* in *pr.* Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* III. §. 3. *p.* 115. Τὸ *atquin* Gloss. exponit *sed tamen.* Non male. Vid. Jac. Gothofred. *Diss. de Elect. mag. inhab. Oper. Minor. p.* 530.

L. II.

IDEM *Lib.* XVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 5. *si usufr. pet.* (1).

Ad exemplum earum, quae ad usumfructum pertinent.] Ergo primo de *usufructu* in rem actum, ob rationem in *L.* 4. *de usufr.* Post & de aliis servitutibus. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de action.* (2).

(1) Ad quam vid. notata. add. Noodt. *de Usufr.* II. 14.

(2) Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. Oper. p.* 139. — Ad seq. §. 1. vid. Merill. *ad L.* 16. *de servitut.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 650. — In seq. §. 2. pro *cessit* Hal. habet *concessit.* Sed vid. notata superius ad *L.* 20. §. 1. *de servitut. praed. urban.*

§. 3.

Alibi enim de jure, &c.] *L.* 10. *h. t.*

Debere utile interdictum fructuario dari:] Vid. ad *L.* 3. §. 4. *de itin. actuq. priv.* (1).

(1) Egit de hoc §. etiam Cujac. *ad Lib.* XLVIII. *Julian. Digestor.*

L. IV. (1).

(1) In *pr.* hujus Legis pro *jus eundi* Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. Oper. p.* 139. legit *jus fundi.* Voces *eundi* & *fundi* etiam alibi confunduntur. Vid. notata superius ad *L.* 23. §. 3. *de servit. praed. rustic.* — In seq. §. 2. pro *in confessoria actione* Hal. habet *in confessoriam actionem.* Sed vid. notata superius *Tom.* I. *p.* 3. *in fin. & seq.* & pro *servitute non prohiberi* Hal. & Vulg. habent *servitutem non prohiberi.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Si quid corrigendum, potius legendum putem *servitute uti non prohiberi*, quae vox *uti* facile excidere potuit ob literas finales in voce *servitute.* — In seq. §. 3. pro *& victoria & aliis proderit* Vulg. habet *victoria unius aliis.* Hal. *victoria etiam aliis.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui ex antecedentibus subaudiendum putat *singulorum.* — In seq. §. 5. pro *qua viam, vel iter* &c. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* IX. §. 6. ope geminationis legit *quá viam aviam, vel iter* &c.

§. 6.

Sed & de haustu, quia servitus *est*, &c.] Licet serius ad-

admissa. Noodt. *ad tit. Pand. de servitut. praed. rustic.* Vs. *De singulis videamus* &c.

§. 7.

Competit autem (1) *de servitute* &c.] Usurpata injuste.

Hoc igitur intendo, habere me jus altius tollendi, &c.] A natura scil. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Pand. h. t.* §. 21. (2).

(1) Hal. *etiam.*
(2) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de S. P. U.* §. 669. *p.* 89. *seq.* Legem hanc olim cohaesisse cum *L.* 5. *de servitut. praed. urban.* censet Puttman. Vid notata superius ad *d. L.* 5. — In seq. *L.* 5. pro *est utilitas servitutis* Hal. & H. a Porta habent *est utilis servitus:* uterque tamen in margine Florentinam apponit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VI.

Renascetur tibi vindicatio.] Facit huc *L.* 13. *tit. seq.* (1).

(1) Pro *obstaturus* in praecedentibus Legis verbis Vulg. habet *obstructurus.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. de hac voce notata superius ad *L.* 2. *de feriis, not.* 3.

§. 1.

Sciendum tamen in his servitutibus possessorem esse eum (1) *juris, & petitorem,*] *L.* 5. §. *ult. si usufr. pet.*

Et interdicto quod vi aut clam.] Si postea aedificet contra prohibitionem. Cujac. *in Recit. ad h. l.*

Idem & si lapilli jactu *impedierit.*] De quo, & ad quod

hoc

hoc remedium utile sit, vid. *L.* 5. §. 10. *de oper. nov. nunc.* (2).

Sed & si, patiente eo, aedificavero, ego possessor ero effectus.] *L.* 8. §. 3. *h. t.*

(1) Hal. & Vulg. *eundem.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui id praefert, ut & Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de action.*

(2) Add. Burman. *ad Quinctil. Declam.* I. *p.* 28. *seq.* & Gluck. *loc. modo cit. hoc tit.* §. 685. *p.* 224. *seqq.* — Sequentem §. 2. explicuit Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 68. *seqq.* add. citatos superius ad *L* 33. *de servit. praed. urban.* Tò *qui servitutem sibi adserit* quemdam male accipere pro *qui servitutem sibi vindicat*, notat Reizius, *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 369. *in fin. & seq.* Pro *evaluit* Hal. & Vulg. habent *praevaluit*, quoniam recentior manus Flor. *pra* adscripsit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui dicit, Taurellium merito pristinam scripturam tuitum esse. Frequentius tamen *praevaluit sententia* Veteres dicunt, & potuit horum verborum permutatio facile oriri ex pronunciatione dictantis. Conf. notata superius *Tom.* I. *p.* 4. — In seq. §. 3. particulae *magis — quam* non accipiendae sunt sensu comparante, sed θετικῶς, ut saepe etiam alibi. Vid. Cujac. *Obs.* II. 39. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 5. §. 8. *not.* 24. Voorda, *Interpr. & Emend.* I. 5. Tò *non* in verbis *& non alii competit* delet Accursius. Sed vid. Lud. Vital. *Lection. Variar.* II. 2. §. 5. *seqq.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 660. De voce *intentio* vid. Jo. van de Water. *Obs.* II. 8. *p.* 153. *seq.*

§. 4.

Sed non idem respondendum, &c.] Quod scil. de reliquis servitutibus realibus: quia praestatio servitutis *oneris* est dividua. Cujac. *ad L.* 85. *de verb. oblig.* (1).

(1) Vid. & Idem, *in Recit. ad h. l.* & *ad Lib.* III. *Papinian. Quaest. in expl. h.* §. item Pothier. *in*

not.

not. ad h. l. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 661. *in fin. p.* 27.

L. VII.

Neque se, neque successores suos (1) *prohibituros* &c.] *L.* 12. *h. t.*

(1) Hal. *ejus.* Sed vid. notata superius ad *L.* 31. §. 6. *de negot. gest.* add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict.* & Gluck. *loc. modo cit. hoc tit.* §. 685. *not.* 76. *p.* 240.

L. VIII. (1).

(1) In *pr.* verba *nam si non vult superior fulcire, deponat* ironicum continere consilium, observat Pothier. *in not. ad h. l.* De verbis *& hic quoque sicut in ceteris servitutibus*, &c. vid. Langebek. *Annotat. Cap.* 29. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 567.

§. 1.

Supraque ea tigna v. gr. porticum ambulatoriam *facere,*] Vid. ad *L.* 8. *de servit.* (1).

(1) In initio *h* §. *cessit* dici pro *concessit*, observat Schroder. *Obs.* III. 4. *p.* 215. — Τὸ *superior* in seq. §. 2. referendum ad *servitutem oneris ferendi*, de qua locutus erat JCtus, antequam de *servitute tigni immittendi* loqueretur, notat Pothier. *ad h. l. Parietem meum* esse parietem, *qui mihi servit*, post alios docet quoque Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de servitut.* §. 661. *p.* 19. *seq.*

§. 3.

Si vero non sunt immissa,] Nec foramen adest, in quo fuere. Ches. *Different. Jur. Cap.* 45. *num.* 6. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 760.]

Eum, qui negat.] *L.* 6. §. 1. *h. t.*

§. 4.

§. 4.

Quemadmodum placet in domino *aedium.*] *Dominio*, Vulg. & Ant. Fab. in *Ration. ad h. l.*

§. 5.

Ex taberna casearia] Vid. D. Goth. *in not.* ubi locus Plinii ita citandus est, *Hist. Nat.* XI. 42. (1).

Nisi ei rei (2) *servitutem talem admittit.*] Al. *servitus talis admittatur.* Vid. autem ad *L.* 28. *de servit. praed. urban.*

In suo enim alii hactenus facere licet, &c.] Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 41. *Def.* 11. (3).

Ergo per contrarium agi poterit, &c.] Ab inferiore: nulla hic contradictio. Huber. *Eun. Rom. p.* 390. (4).

(1) Vid. Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 15. & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servit. praed. urban. num.* 16.

(2) Id est, *ejus rei caussa.* Al. *ejus rei.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Gluck. *loc. modo cit. tit. de servit. praed. urban.* §. 667. *not.* 56. *p.* 69. *seq.* qui notat Heinecc. *Diss. de Causs. servitut. perpet.* §. 30. legentem: *etsi ea res servitutem talem admittat.*

(3) De locutione *jus illi non esse lapidem caedere* vid. notata superius ad *L.* 17. *comm. praed.*

(4) Non pugnare hunc §. cum §. *seq.* docet quoque Nerius, *Analector.* I. 34. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 372. & Voet. *ad tit. Pand. de S. P. U.* §. 14. De *Interdicto uti possidetis* in servitutibus praedialibus nonnulla monuit Gluck. *d. loc. hoc tit.* §. 685. *not.* 83. *p.* 209.

§. 6.

Apud Pomponium dubitatur Lib. XLI. *Lectionum*,] *Lib.*

Lib. XII. Hal. & Charond. nam tantum *Libros* XV. (1) scripsit.

Sicut agi non potest, jus esse &c.] *L.* 15. *pr. de servitut.*

(1) Nempe *Variarum Lectionum.* Sed vid. notata superius ad *L.* 21. *de reivind.*

§. 7.

In Ursi Julii] D. Goth. *in not.* „ Graecus mos dicendi &c." Ex Ant. Augustin. *Emend.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1464.] (1).

Placuit, potuisse tales servitutes imponi.] Vid. citatos ad *L.* 28. *de servit. praed. urban.*

(1) Add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de S. P. U.* §. 673. *not.* 90. *p.* 138. Flor. scriptum erat *iursiiulii*, sed sub primam *i* subantique *n* superscripta est. Recentior demum aliquis superscriptae literae *n* adjecit *horto*, unde Vulg. habet *in hortum Julii.* Hal. *in hortos Julii Ursi.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. De verbis *balineis vaporibus* vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 37. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1311. Hal. habet *balinei vaporibus.* Basil. ἐπὶ δὲ τοῦ καπνοῦ τοῦ λουτροῦ. De vocis *balinei* scriptura vid. notata superius ad *L.* 20. *de in jus voc.* Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 4. §. 55. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 101. legit *balneariis vaporariis.*

L. IX.

Si eo loco, per quem iter (1) *mihi debetur* &c.] *L.* 14. *de oper. nov. nunc.* (2).

Jus sibi esse non *ire agere,*] Illud *non* abest ab edit. Charond. & recte, & a Florent. (3).

Fructuarius autem non potest, quia amisit usumfructum:] Mutata facie rei.

(1)

(1) *Iter actus* Paulum scripsisse, putat Noodt. *ad h. t.* *Pand.* Vs. *Nunc viam* &c. Westphal. *de Libert.* *& servitut. praed.* §. 560. *not.* 503. loco *iter* legit *via.* Vid. Gluck. *d. loc. tit. de servitut.* §. 666. *not.* 35. *p.* 59. quem *ibid. not.* 36. vid. & de verbis seqq. *inhibebo opus tuum.*

(2) Add. Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 5. §. 17. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 93. *seq.*

(3) Abest etiam ab edit. Hal. Russard. aliisque, ut vix sciam, unde illud *non* D. Goth. exsculpserit.

L. X.

ULPIANUS *Lib.* LIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 12 *de aq. & aq. pluv. arc.* (1).

Non est ei necesse docere de jure (2),] Facit huc *L.* 2. §. *ult. h. t.*

Ut ostendat, per annos forte tot usum (3) *se, non vi, non clam, non precario possedisse.*] Non tamen exigit *scientiam domini.* Huber. *Eun. Rom. p.* 390. (4) ubi & de bona fide. (5).

(1) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 17. §. 2. *not.* 9. ubi & pluribus differit de usucapione servitutum, de qua vid. & Lyclam. *Membran.* II. 6. Otton. *in Diss. Jur. Publ. & Priv. Diss.* VIII. *Praetermiss. ad Hahnium*, in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 235. *seq.* Branchu, *Obs. Dec. Alt. Cap.* 17. *p.* 128. *seqq.* Majans. *Disp.* LXVIII. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad tit. Pand. comm. praed.* §. 3. Gluck. *d. loc. tit. de usufr.* §. 629. *p.* 105. *seqq.*

(2) Id est, *de titulo.* Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de servitut. num.* 24.

(3) *Usum*, scil. ejus servitutis. Potest etiam *usum* pro Verbo accipi. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Male igitur quidam vel *usum*, vel *possedisse* expungunt.

(4) Et Zach. Huber. *Diss. Jurid. & Philolog. Diss. ult. Cap.* 4. §. 3.

(5) Quam non requirit, quemadmodum nec *justum titulum*. Vid. & Idem, *in Prael. ad tit. Inst. de servitut.* §. 16. & Voet. *ad tit. Pand. comm. praed.* §. 4. Dissentiunt tamen alii, in quibus etiam est Vinn. *Sel. Quaest.* I. 31. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 23. §. 4. Jo. van der Linden, *loc. modo cit.* Gluck. *loc. modo cit. p.* 132. *seqq.*

§. 1.

Quicunque aquam non ducere impediunt,] An non *ducere?* (1)

(1) Ita jam conjecit Hotoman. *Obs.* VIII. 15. probante & Jauchio, *de Negation. Pand. p.* 68. 141. 212. *seq.* & 295. Hal. habet *quicunque, ne aquam ducerem, impediunt.* Vulg. negationem omittit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Lud. Vital. *Lection. Variar.* II. 2. §. 7. in Thes. Ottoni. *Tom.* II. *p.* 660. τὸ *non* retinet.

L. XI.

Et magis dici potest, prohibendi *potius*, &c.] Vid. *L.* 26. *de servit. praed. urban.* (1).

(1) Pro *non possit* in praecedentibus verbis Legis Hal. habet *num possint*: probante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Num* & *non* saepius commutari exemplis docet Drakenborch. *ad Liv.* XXXVI. 3. §. 8. Praeterea pro *jus tibi non esse* Vulg. habet *jus sibi non esse.* Hal. *jus illi non esse.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui recte, nihil mutandum, monet.

L. XIII.

Inundant] Sic *L.* 57. *loc. cond.*

L. XIV.

§. 1.

Si paries communis, opere abs te facto, &c.] *L.* 25. *de servit. praed. urban.* Hic opus factum est in re propria facientis, & nocet rei actoris solius; alioquin *negatoria actio* locum non habet (1) de re communi contra socium. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Chef. *Different. Jur. Cap.* 6. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 631. *seq.*] qui tamen mox intelligit potius parietem reo communem cum tertio alio.

(1) Sed vid. notata superius ad *L.* 27. *pr. de servit. praed. urban. not.* 1. — Ad seq. *L.* 16. vid. & Cujac. *ad Lib.* VII. *Julian. Digest.* Male enim haec Lex apud Goth. inscribitur: *Julianus Lib.* XVII. *Dig.*

L. XVII.

Si quando inter aedes binas paries esset,] Non communis, sed uni proprius. Chef. *loc. modo cit. num.* 9. (1).

(1) Sequitur in Lege: *qui ita ventrem faceret.* De qua locutione vid. Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 5. §. 3. in *Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 1657. Pro *faceret* etiam nunc Flor. esse *facere*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 1.

Et tenes] Hotoman. *lenes*, quo verbo usus Afranius, *Fratriis*, & Laberius, *Cophino.* Sed *tenes* sunt genus vasium, a *tenendo.* Varro, *de Vita Pop. Rom. Lib.* I. *tinas* dixit, & sic apud Festum, voc. *tinia*, forte scribendum: *tinae, vasa vinaria* (1). Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 488.]

(1) Ita quoque conjecit Jos. Scaliger. Varias aliorum de vo-

voce *teneas* opiniones & conjecturas vid. apud Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 20. §. 3. p. 131. *seqq.* Puttman. *Prolus. de Caeca & illiberali sine arte Critica, & hum. litteris, Jurisprudentia*, in *Opusc. Syllog.* p. 73. D. J. van Lennep. *Exercit. Jur. Exerc. Sexta*, ubi hunc §. explicuit. add. Otton. *in Alfen. Varo, Cap.* 8. §. 5. in *Tom.* V. *Thes. Jur.* p. 1679. Conrad. *Parerg.* p. 469. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, ex decem & quinque MSS., quos consuluit, undecim habere *teneras*; verisimillima autem ipsi videtur Vulg. *et aeneas.* — In seq. §. 2. in fin. pro *si damni* &c. Hal. habet *sed si damni* &c. Vulg. *vel si damni* &c. & pro *possit* Hal. & Vulg. habent *posse.* Vid. Brencm. *d. loc.* qui legit *posse et.* add. de hoc §. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de S. P. U.* §. 673. p. 133. *seq.* — Ad seq. *L.* 18. vid. Cujac. *ad Lib.* VI. *Julian. ex Minic. Natal.*

L. XIX.

Ceteris dandam esse actionem de dolo,] Vid. Cujac. *in Recitat. ad L.* 4. §. 4. *h. t.* Vital. *Lection. Variar.* II. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 666. *in fin. & seq.*] (1)

(1) In verbis *cessit litem* jam olim ultimam literam expunctam esse, & Taurellium in margine notare: *lite*, neminem tamen hanc correctionem recepisse praeter H. a Porta, observat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Cedere re* & *rem* dici, notat Burman. *ad Val. Flacc. Argonaut. Lib.* VIII. *vs.* 368.

L. XXI.

Paulus: Imo puto, idcirco id falsum, quia cedi potest, ut aquam quaereres, &c.] Hoc ipse Labeo concedit *L.* 10. *de servit. praed. rustic.* Sed hic alius casus. Vid. *ibid.* Noodt. *ad tit. Pand. comm. praed.* Vs. *Est & alia* &c. (1) vult, Paullum idem velle, quod Labeo: quod non putem.

(1) Et de Forma emend. dol. mal. Cap. 2. in fin. Ittimo Perrenon. Animadv. II. 16. in Thes. Otton. Tom. I. p. 646. ea, quae a Paulo proponuntur, ipsius Labeonis esse censet. Sed vid. Bynkershoek. Obs. III. 6. & 12. cujus tamen sententiam non per omnia probat Jo. van de Water. Obs. I. 7. p. 41. Egit etiam de hac Lege Jens. in Strictur. ad Pand. p. 77. Iter ductus in pr. Legis synonyma esse, putat Brencm. h. in Corp. Jur. Geb. & Spang. Apud Hal. ductus abest. Vulg. habet ejus aquae ductus.

TITULUS VI.

QUEMADMODUM SERVITUTES AMITTUNTUR (1).

(1) Duodecim priores hujus tituli Leges explicuit Cujac. in Recit. ad h. t. Oper. Postum. Tom. IV. Part. Prior. — De L. 2. egit & Cujac. ad Lib. XXI. Paul. ad Edict. add. Gluck. Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de S. P. R. §. 676. not. 67. p. 161.

L. IV.

Iter sepulchro debitum, non utendo nunquam amittitur.] Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin. *Itus* in Inscriptione (1), quam explicat Brummer. *ad L. Cinci. Cap.* 14. [*p.* 212. & 232. edit. Brummer. Opuscul. Lips. 1712. 8.]

(1) Et sic passim in Inscriptionibus pro *itinere*. Vid. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* III. §. 2. *p.* 114. Vid. & de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXVII. *Paul.*

ad Edict. quem etiam vid. de seq. *L.* 5., *ad Lib.* LXVI. *Paul. ad Edict.*

L. VI.

§. 1. (1).

Quae si initio constituendae ejus servitutis similiter hic duo fundi fuissent:] D. Goth. *in not.* „ Nam divisio viae per longitudinem duas vias facit. " Imo una via est (2). *L.* 18. *de servit. praed. rustic.* add. *L.* 8. §. 1. *L.* 9. *h. t.*

Num ideo minus ea re fundi alterius servitus permanebit?] Lege: *non ideo minus* &c. & dele (?) Cujac. *in Recit. ad h. l.* Jauch. *de Negation. Pand. p.* 243. (3).

Quoniam ante fatius *fuerat*,] Lege *satis* (4).

(1) De industria hunc §. explicuit Rucker. *Diss. ad h. l. &c. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 263. *seqq.* Nonnulla ad *h.* §. notavit quoque Martres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 17. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 728. *seq.*

(2) Sed vid. Rucker. *d. loc. Cap.* 1. *Sect.* 2. *p.* 267. *seqq.* & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. num.* 16.

(3) Flor. tuetur Rucker. *loc. modo cit. p.* 274. *seqq.* & Jo. Gotfr. Sammet. *Opusc. p.* 126.

(4) Ita Vulg. Sed Flor. *fatius* defendit Rucker. *d. loc. p.* 288. *seqq.* De locutione *immutatu iri* vid. notata superius ad *L.* 6. *pr. de usufr. ear. rer. quae us. cons.*

L. VII.

Si vero alternis diebus &c. statuta Legibus tempore amittitur; quia una servitus est.] Vid. *L.* 13. *de usufr. legat.* Cujac. *Obs.* XIV. 18.

Quia id, quod habet, cottidianum (1) *fit.*] Usu scil.

non distinctum tantopere. Vid. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. (2).

(1) Ita in Pand. Flor. scribi solet. Vid. Brisson. *de* V. S. voc. *quotidianus.* De quo vid. Cellar. *Orthograph. Latin. Tom.* I. *p.* 335.

(2) Add. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 2. §. 1. *p.* 49. *in not.*

L. VIII.

Stillicidii immittendi (1) *jus amitto.*] Aliter actum esset nihil, arg. *L.* 20. *in fin. de servit. praed. urban.* Aliud in *L.* 21. *d. tit.*

(1) Proprium hoc verbum esse de *stillicidio*, notat D'Arnaud. *Var. Conj.* L. 2. *p.* 13.

§. 1.

Is, qui per partem itineris it, totum jus usurpare videtur.] Add. *L.* 6. *h. t.* Facit huc *L. seq. h. t.*

L. IX.

Omnibus tamen partibus usurpantur (1).] *L. praec. h. t.*

(1) Legendum *usurpatur.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Hier. van Alphen. *Diss. de Javolen. Prisc. Cap.* 2. §. 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 80. *seq.* Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 12. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 785. legit: *aquagia si in partem agri aqua influxit*, &c. & Brencm. *d. loc.* ad vocem *aquagii* notat, Flor. primum fuisse *aquaagi*; sed redundantem *a* statim deletam esse; recentiorem autem Correctorem τὸ *aqua* inclusisse, & ex residuo *agi* fecisse *agri*, atque insuper transposuisse, ut Flor. nunc sit: *si in partem agri aqua influxit.*

L. X.

PAULUS *Lib.* XV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 17. *de aq. & aq. pluv. arc.*

L. XI.

Magisque hic plus, quam aliud, egisse videatur: sicuti latiore itinere usus esset,] Vid. *L.* 9. §. 1. *tit. praec.* *Sicuti*, id est, *sicuti si*, Noodt. *Obs.* II. 16. & *de Usufr.* II. 9. *in fin.* (1).

(1) Et *Probab.* II. 4. & *de Usufr.* I. 21. Hal. & Vulg. inserunt *si*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quemadmodum hunc locum quoque edidit Pothier. *in Pand. Justin. h. t. num.* 14. Sed M. Roever. *ad loca quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 5. *in fin.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 156. pro *sicuti* legit *sic ubi.* — Sequentem §. 1. de fundo sub conditione legato *per vindicationem* intelligit Galvan. *de Usufr. Cap.* 35. §. 5. Pro *extinguentur si* &c. Hal. habet *an extinguantur, si* &c.

L. XII.

Retinetur id jus itineris:] *L. pen. h. t.* (1).

(1) De locutione *qualiter se habens* vid. Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 4. §. 4. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 74. add. notata ad *L.* 86. *de verb. signif.* Hal. habet *qualiter qualiter.* Vulg. *qualitercunque.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Haloandrinam amplectitur. Pro *placuit* in fine Legis Hal. & Vulg. habent *placet*, & sic etiam Flor. subantique correctum. Vid. Brencm. *d. loc.* cui tamen haec correctio suspecta videtur.

L. XIII.

Et intra legitimum tempus, quo servitutes pereunt, rursus eum locum adquisisset, &c.] *L.* 6. *tit. praec.*

L. XIV.

JAVOLENUS *Lib.* X. *ex Cassio.*] Junge *L.* 2. *de via publ. & itin. publ. refic.*

Alluvione facta,] Leg. *reluvione* (1). Sic *L.* 30. §. 3. *de adq. rer. dom.*

(1) *Alluvione facta*, id est, recessu fluminis. Noodt. *de Usufr.* II. 11. circa fin. add. de hac Lege Lud. Vital. *Lection. Variar.* II. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 672. & Voet. *ad h. t. Pand.* §. 4.

L. XVII.

Ierit ad fontem,] *Non ierit*, Leonin. *Emendat.* III. 12. Male, (1).

(1) Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1555. & Jauch. *de Negation. Pand. p.* 69.

L. XVIII. (1).

(1) De *pr.* hujus Legis vid. Noodt. *de Usufr.* II. 9. in fin.

§. 1.

Cui servitus debetur,] *Rustica* scil., non *urbana*. *L.* 32. §. 1. *de servit. praed. urban.* Cujac. *ad L.* 4. §. *Libertatem. de usurpat. & usuc.* (1).

(1) Pro *qui in ejus loco successit* Vulg. habet *locum*. Apud Hal. *in* abest. Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3. *in fin. & seq.*

L. XIX.

Et statutum tempus intercesserit, *antequam rivum face-*

cerem, nihil juris amitto:] Secus in *usufructu*. *L. pen. Cod. de usufr.* (1).

(1) Egit de hac Lege quoque Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 78. *seq.* — §um 1. intelligendum esse de legato servitutis *per vindicationem* relicto, docet D'Avezan. *de Servitut. Part.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 172. add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de usufr.* §. 626. *p.* 72.

L. XX.

Quive in possessionem (1) *ejus est.*] *L.* 12. *L.* 24. *h. t.*
Aut medicus,] Sive liber, sive non. Nec quod Medici dicuntur *imperatores vitae*, Plin. *Hist. Nat.* XXIX. 1. huc facit (2).

(1) Pro *in possessione*. Contra in praec. *L.* 18. §. 1. *in loco* pro *in locum*. Malam e Graeco versionem hic quoque somniat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 79.

(2) Nihil quoque mutat Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 487. nisi quod pro *quive* legat *qui:* probante & Ottone, *in Alfen. Var. Cap.* 6. §. 4. in *Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 1665. Sed *amicus* pro *medicus* substituunt quoque Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 9. §. 2. *p.* 407. & Pothier. *in not. ad h. l.* Hal. habere *aut amicus, vel medicus, qui ad visitandum* &c. & *amici* mentionem eum forte fecisse ob *L.* 41. *de adq. poss.* junct. *L.* 1. §. 7. *de itin. actuq. priv.* observat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. *L.* 21. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. *not.* 55. Vocabulum *fructuarius* non habere Hal. & H. a Porta, & suspectae fidei esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXV.

Qui suo jure *uti se credidit:*] Ratione *praedii*, non ut

publico jure. Non pugnat cum *L. praec.* Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 394. *seqq.* (1).

(1) Et Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 78. *seq.* add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de usufr.* §. 629. *not.* 71. *p.* 136. Collocavit hunc locum Schulting. inter *Paul. Sent. Lib.* V. *Tit.* 6. §. 8.

LIBER NONUS.

TITULUS PRIMUS.

SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

Idem cavit Solon. Vid. Plutarch. *in Solon.* *p.* 91. (1). De animantibus occisis ob patrata, quae in homine sunt scelera, vid. Mornac. *ad L.* 1. *h. t.* Plin. *Histor. Natur.* VIII. 16.

(1) Conf. Sam. Petit. *in LL. Attic.* in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* III. *p.* 632. & Grotium, *in Flor. Sparsion. ad h. t. p.* 141.

L. I.

Aut dari id, quod nocuit, &c. *aut aestimationem noxiae offerre* (1).] Frustra quidam hoc taxant. Huber. *Eun. Rom. p.* 397. *seq.* (2).

(1) Non tamen conclusio in hac actione debet esse alternativa. Vid. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.*
(2) Add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach. Hellfeld. hoc tit.* §. 694. *p.* 287. *seqq.* — Sequitur in §. 1. *Noxia autem est ipsum delictum.* Ubi Ulpianum *delictum* pro *damno* sumere, notat Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermog.* *Jur.*

Jur. Epitom. *Tom.* I. *p.* 42. De *noxae* & *noxiae* discrimine, si quod est, vid. Duker. *ad Liv* XLI. 23. ait Ruhnken. *ad Vellej. Patercul.* I. 12. 5. *p.* 49. Vid. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 17. ibiq. citt. auctores. add. Oudendorp. *ad Sueton in Caesar. Cap.* 81. *p.* 131. *seq.* Walch. *ad Hopp. Comm. ad* §. 1. *Inst. de noxal. action.* Gluck. *loc. modo cit.* §. 692. *p.* 284. *seq.* — Additur seq. §. 2. *Quae actio ad omnes quadrupedes pertinet.* Modo non sint ferae bestiae. Vid. *seq.* §. 10. adeoque pertinet etiam ad canes. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 15. §. 1. *not.* 3. & *Thes. Controv. Dec.* 24. §. 1. Minus bene dissentit Cujac. *ad. d. Paul. loc. not.* 2. & Pothier. *in not. ad h. l.* De *Lege* autem *Pesulania*, qua secundum Paulum, *d. loc.* de cane actum fuisset, vid. praeter Schulting. *ad d. loc. Paul.* etiam Heinecc. *in Antiq. ad h. t. Inst.* §. 2. Meerman. *Diss. de Reb. mancip. & nec mancip. Cap.* 79. Walch. *ad Hopp. Comm. ad pr. Inst. h. t.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 6. Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 2. §. *ult.* Gluck. *loc. modo cit. not.* 23. *p.* 279.

§. 3.

Nec enim potest animal injuria fecisse (1), *quod sensu* (2) *caret.*] Et anima juxta quosdam, etiam Veterum. Augustin. *de Quantit. anim. Cap.* 30. Vid. *Nouvell. de la républiq. des Lettres, Tom.* II. *p.* 12.

(1) *Injuria affecisse*, vult Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 1. Hal. & Vulg. *injuriam.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & post τὸ *potest* Hal. inserit *dici.* Sic fere in *pr. Inst. h. t. Nec enim potest animal injuriam fecisse dici, quod* &c. Respicere forte Ulpianum ad id, quod hac de re philosophatus est, cum aliis Zenonis asseclis, Senec. *de Ira*, II. 26. notat Walch. *ad Hopp. Comm. ad d. pr. Inst.* Vid. & Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 487.

(2)

(2) Id est, ratione. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Porro ait Praetor* &c. add. Grotium, *in Flor. Sparson. ad h l.* p. 141. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 695. *p.* 28. Ceterum, an Stoici animalibus rationem tribuerint, inquirit Gundlingius, *in Gundlingianis, Part.* XV. *Diss.* III. *p.* 439. *seqq.* contra barbeirac. *ad Pufend. de Jur. Nat. & Gent.* II. 3. §. 2. *not.* 2. *p.* 192. & §. 3. *not.* 10. *p.* 196.

§. 4.

Quodsi propter loci iniquitatem (1),] Graece τὸ στενὸν, ut *spatia iniqua* apud Virgil. [*Æneid.* V. *Vs.* 203.

Spatioque subit Sergestus iniquo.]

(1) Basil. διὰ τὴν θέσιν τοῦ τόπου. *Tom.* VII. *p.* 35. add. Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 27. in Thes. Otton. *Tom* I. *p.* 492. & Duker. & Drakenborch. *ad Liv. Epitom. Lib.* IX. — In seq. §. 5. pro *ab alio quo* Hal. habet *aliquo*, & ita jam dudum Flor. correctum esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Porro pro *poterit* Hal. & Vulg. habent *potuit*, & pro *per eum locum induci* Vulg. habet *duci*. Vid. Brencm. *d. loc.* Quod posterius si praeferas, τὸ *in* male repetitum haberi possit ex praecedente litera *m*. Conf. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. Jur. not.* 1. — Ad seq. §. 6. vid. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 7. *Sect.* 1. §. 28. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 166. *seq.*

§. 7.

Ideoque si equus dolore concitatus,] Ab alio scil. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Porro ait Praetor:* &c. pro *dolore* legit *dolone* (1): quod probare non possum (2).

Vel palpatus est, & calce &c.] *Palpatus esset, calce* &c. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1294.] Best. *de Ration. emend. Leges, Cap.* 22. *num.* 10. Bentlej. ad Horat. *Sermon.* II. 1. 20. (3).

(1) Vid. & H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. Cap.* 8. *p.* 106. & Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 5. De verbis *contra naturam* vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 692. *p.* 277. *seq.*
(2) Nec placet Suarezio, *loc. modo laud.* §. 25. neque Marckart. *Probab. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 139. Minus bene adeo Pothier. *in Pand. Justin. h. t. num.* 5. *dolone* in contextum recepit.
(3) Vid. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & Schroder. *Obs.* III. 4. *p.* 215. — In seq. §. 9. in fin. *τὸ dejecta* nonnullos omittere, Al. legere *directa*, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 1. qui *directa* praefert, & transponit hoc modo: *haec actio* DIRECTA *locum habebit* &c. Nihil de varia hac lectione monuit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 10.

In bestiis autem propter naturalem *feritatem*,] Quinctil. *Instit. Orator.* I. 2. Cicer. *de Finib. bon. & mal.* II. 11.

Haec actio locum non habet:] Branchu, *Obs. Cap.* 5. (1) hic ex *L.* 1. §. 6. *de postul.* inserit illa: *bestias autem accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere: nam quid si Leo sit, sed mansuetus, vel alia dentata mansueta:* addens, *quae pauperiem fecerit? adhuc haec actio locum habebit, aliter non: & ideo, si ursus.* &c. Sed, an non manifestum, id hic spectari, cujus sit generis animal: & in *natura* feris hanc actionem cessare? scil. *directam* (2).

(1) Vid. notata superius ad *d. L.* 1. §. 6.
(2) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 15. §. 1. *not.* 3. Egit etiam de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.*

§. 11.

§. 11.

Cum arietes vel boves commisissent, *& alter alterum occidit* (1) &c.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Porro ait Praetor:* &c.

Quam ob rem eum sibi aut noxam (2) *sarcire, aut in* (3) *noxam dedere oportere.*] Aliter Exod. XXI. 35. Frustra autem quidam haec carpunt. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 398. *seq.* Otto, *de Tutel. Viar. p.* 462. putat, dominum peccasse animal tale non inhibendo (4).

(1) Hal. *occidisset.* Sed saepius Nostri ita scribunt. Vid. notata superius ad *L.* 35. *de dol. mal.*

(2) Hal. & Vulg. *noxiam.* De harum vocum discrimine vid citatos superius ad §. 1. *h. l.*

(3) Τὸ *in* apud Hal. abest. *Noxam dedere* occurrit quoque in *L.* 1. *pr. de his qui dei. vel effud.* Sed frequentius *noxae dedere* Nostri dicunt. Plura exempla habet Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *noxa, num.* 2. De qua locutione vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 20.

(4) Hommel. *Obs. Spec.* I. *Obs.* 8. in *Opusc. Jur. Univ. a Roessig. edit. p.* 94. *seq.* hanc responsi rationem reddit, quod qui aggressus est, contra naturam fecit, is qui se defendit, secundum naturam. Alii etiam aliter. Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 692. *not.* 25. *p.* 281. Quaedam ad hunc §. notavit quoque Balduin. *in Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* I. *p.* 546. — Sequitur in §. 13. *Plane si ante litem contestatam decesserit animal, extincta erit actio.* Quoniam jam non *est ullus dominus.* Pothier. *in not. ad h. l.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Sequitur* &c. — Sequentem §. 14. Hal. paulo aliter interpungit, ac vulgo fit: nam (.) non ante, sed post vocem *demum* ponit. Heinecc. ad Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. τὸ *demum* explicat *tandem, denique.* — Cum seq. §. 15. cohaesisse *L.* 7 *de interrog. in jur.* notat Brencm. *de Legum Inscript.* §. 10. in

Ju-

Jurispr. Restit. Wieling. p. 157. add. notata inferius ad eam Legem.

§. 16.

Nisi paratus fuerit actionem mandare adversus eum, qui occidit.] Juxta *L.* 51. *de pecul.* (1).

(1) Add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* L. 5. *Sect.* 4. §. 55. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 70.

L. II. (1).

(1) In *pr.* legitur: *Haec actio non solum domino, sed etiam ei, cujus interest, competit: veluti* &c. Contra, *eum, cui vestimenta commodata sunt, non posse, si scissa fuerint, Lege Aquilia agere*, docetur in *L.* 11. §. 9. *ad L. Aquil.* Noodt. *ad L. Aquil. cap.* 11. hanc reddit rationem differentiae, quod commodatarius damnum ab homine datum praecavere nequeat; sed quidem a quadrupede datum. Pari modo Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 7. *in fin.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 170. Sed possit haec ratio vix sufficere videri, cum haud dubie contingere quoque possit, ut res nobis commodata, vel locata, ab homine alieno laedatur nostra culpa, veluti si eam in publicum exposuerimus: & vicissim contingere potest, ut res nobis locata, vel commodata, a quadrupede laedatur sine nostra culpa. Potius igitur loca haec ita accipienda putem, ut utrique actioni applicandum sit, quod alterutro loco de una tantum actione docetur, & commodatario vel fulloni utraque actio sit danda, si eorum interest, de quo casu proprie agit *L.* 2. *h. t.* Neutra vero actio competat, si eorum non interest, de quo casu accipienda *d. L.* 11. §. 9. Simile quid supra observavimus ad *L.* 2. §. 2. *de his qui not. infam. not.* 7. Paulo aliter Voet. *ad L. Aquil.* §. 10. Ceterum pro *tenentur*, & *videntur* Editores habere *tenetur*, & *videtur*, aut *teneretur*, & *videretur*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

ad-

addens, etiam Graecos Plurali numero uti, & recte illud quidem, cum haec & ad commodatarium, & ad fullonem pertineant.

§. 1.

Magistratum forte,] Val. Maxim. II. 1. Vid. Mornac. *ad h. l.* Lips. *Elector.* I. 22. (1).

Ibique a cane feroce laesus esset,] Hic cessat actio Ædilicia. Noodt. *ad h. t. Pand.* non longe a *pr.*

At, si solutus fuisset, contra.] Solebant enim interdiu canes alligari catenis. Varro, *de Re Rustic. Lib.* I. Mornac. *ad h. l.* Phaedr. *Lib.* III. *Fab.* 7. *Vs.* 18.

Quia videor acer, alligant me interdiu (2).

(1) Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 32. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. legit: *si quis aedilem evitans magistratum, forte in tabernam proximam se immisisset. In tabernam proximam* Hal. & Vulg. habent. Flor. est *in taberna proxima.* Sed vid. notata superius *Tom.* I. *p.* 3. *in fin. & seq.*

(2) Add. Coler. *Parerg. Cap.* 16. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 369.

L. III.

Scilicet, ut deformitatis ratio habeatur,] Add. Mornac. *ad h. l.* Aliud in foemina statuunt. D. Goth. *in not.* & Gomez. *Variar. Res. Tom.* III. *Cap.* 6. *num.* 11. Male (1).

Sed impensarum in curationem factarum: &c.] Hanc actionem cessare volunt, si alia poena Statuto sit definita. Sand. *Decis.* V. 7. *Def.* 5.

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 24. §. 5. & Voet. *ad h. t. Pand.* §. *ult.* — Ex seq. *L.* 4. junta *L.* 5. §. 2. *seq. tit.* nonnulli colligunt, utilem de pauperie actionem locum quoque habere, si fu-

furiosus damnum dederit. Sed vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. huc tit.* §. 695. *p.* 294. *seqq.*

L. V.

Respondi, posse.] Taxant hanc Legem quidam. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 399. (1). D. Goth. *in not.* „Imo non potest: sua enim culpa videtur infortunium sibi quaesivisse. *L.* 2. *in fin. h. t.*" Sed is hunc casum praevidere non potuit.

(1) Add. Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 8. §. 3. *in Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1677. & Gluck. *loc. modo cit.* §. 692. *not.* 24. *p.* 280. Ad *Servium* hoc responsum refert Graecus Scholiastes *ad Basil. Lib.* LX. *Tit.* 2. *Tom.* VII. *p.* 41. Sed vid. Bynkersh. *Obs. Jur. Rom.* VIII. 1.

TITULUS II.

AD LEGEM AQUILIAM (1).

Aquilliam Fusii & nummi. Vid. Comm. *ad Festum*, voc. *Aquilius* (2). Antiquior haec Lex Q. Mucio. Vid. *L.* 31. *L.* 39. *h. t.* Pighius, *in Annal. ad A. U. C.* 572. censet, eam hoc anno latam: sed ex conjectura tantum (3).

(1) Ad hanc Legem commentati sunt Franc. Balduinus, *in Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* I. *p.* 239. *seqq.* Jo. Suarezius de Mendoza, in Thes. Meerman. *Tom.* II. & quos plures citat Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 37. ibiq. Stockman. & Haubold. *Instit. Jur.*

Jur. Rom. Liter. Tom. I. *p.* 307. *seq.* Lipf. 1809. quibus etiam alii ex *Biblioth. Juridic. Lipen.* ejusque *Supplem.* addi possint. In primis autem memorandus est Noodtius, qui *Librum Singularem ad hanc Legem* conscripsit, cujus Operis nusquam ad hunc titulum a Schultingio mentionem factam esse miror.

(2) Add. Drakenborch. *ad Liv.* II. 4. §. 1.

(3) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 24. §. 7. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 1. Bach. *Hist. Jur. loc. modo cit.* Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 698. *p.* 369. *seq.* Similiter dubitatur, quot capita haec Lex habuerit. *Tria* dicit Theophil. *in Paraphr. ad pr. Inst. de L. Aquil.* Sed plura fuisse putat Noodt. *d. loc.* aliique, contra quos tamen disputavit Jo. Henr. Mylius, *Diss. Postum. de Tribus L. Aquil. Capitibus*, in edit. Theoph. Reitziana, *Exc.* III. *Art.* 6. *p.* 1101. *seqq.* An in Edicto titulus de Lege Aquilia fuerit, dubitat Ranchinus. Sed vid. Heinecc. *ad Edict. Perpet. in Opusc. Postum. p.* 489. qui caput addit *de actione in duplum contra inficiantem danda*, nec plura in Edicto fuisse Capita arbitratur, quamvis, an Lex Aquilia plura habuerit, in medio relinquat. *ibid. p.* 497. De loco Ciceronis, *in Bruto, Cap.* 34. *in fin.* ubi haec Lex appellari creditur *de justitia*, vid. H. Cannegiet. *Obs.* IV. 9. *circa fin.* & Stockman. *ad Bach. Hist. Jur. loc. cit.*

L. I.

Lex Aquilia omnibus Legibus (1) &c.] Unde καθολικὸς dicitur in Basil. [*Tom.* VII. *p.* 42.] quia de omni damno egit. Jan. a Costa, *ad rubr. Inst. h. t.*

Quae ante se de damno injuria locutae sunt,] *Simpliciter.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6.

Sive duodecim Tabulis,] Add. *L.* 4. §. 1. *h. t.* & Ulpian. *in Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 7. §. 5.

(1) Quae Leges illae fuerint, non addidisse Ulpianum, dolet Balduin. *d. loc. p.* 239. item Heinecc. *ad Edict.*

Edict. Perp. loc. cit. p. 493. qui nullam obſervat in notitiam noſtram perveniſſe, praeter Legem XII. Tabb. Late de iis Legibus egit Suarèz. *d. loc. Apparat. Cap.* 2. *p.* 9. *ſeqq.* Vid. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 698. *p.* 308.

§. 1.

Cum eam Aquilius Tribunus plebis a plebe rogaverit.] Ad plebem ab injuria tuendam. Mornac. *ad h. l.*

L. II.

Quadrupedem vel pecudem,] *Quadrupedemve pecudem* lege cum Hotoman. *Ind. LL. Rom.* voc. *Aquilia* (1). Vinn. *ad pr. Inſt. h. t.* & quod ad levem hanc emendationem evitandam diſtinguat quadrupedes à pecudibus Bynkersh. *Obſ.* IV. 18. [& *de Rebus Mancip. Cap.* 6.] non habet fundamentum (2).

Quanti id in eo anno plurimi fuit,] Carpit Ant. Matthaeus. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 400.

Tantum aes dare domino *damnas eſto.*] *Hero, L.* 11. §. 6. *h. t. Ero* putat ſcriptum fuiſſe Cujac. *Obſ.* XXVII. 11. (3).

(1) Et *Obſ.* VII. 12. Sic etiam legunt Balduin. *d. loc. p.* 241. Suarez. *loc. laud.* I. 1. §. 2. *ſeq. p.* 16. Noodt. *loc. cit. Cap.* 2. Weſtenberg. *ad h. t. Pand.* §. 3. Meerman. *Diſſ. de Reb. manc. & nec manc. Cap.* 73. *ſeqq.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 703. *p.* 352. *ſeq.* Sed alii cum Accurſio τὸ *vel* accipiunt pro *id eſt.* Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 402. Otton. *in Not. Critic. ad* §. 1. *Inſt. h. t.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed, an ſolent Legumlatores ita loqui? Vid. Meerman. *d. loc.* Τὸ *ut* in verbis *cavetur: ut qui* &c. ex receptiſſima formula *cavetur, ut* enatum eſſe, cenſet Brencm. *d. loc.* Apud Hal. *ut* abeſt.

(2) Sic tamen quoque Heinecc. *ad Edict. Perp. d. loc. p.* 496. Sed vid. praeter Meerman. aliosque modo laud. etiam Arntzen. *ad Sedul. Carm. Lib.* I. *vſ.* 208. *p.* 74.

(3)

(3) Et *ad* Lib. XXII. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 14. *h. t.* Probante Noodtio, *d. loc. Cap.* 2. *in pr.* Sed *domino* scriptum fuisse, censet Suarez. *d. loc.* I. 5. *p.* 57. & *domino* retinet quoque Heinecc. *loc. modo cit. p.* 492.

§. 2.

Ut igitur apparet, servis nostris exaequat quadrupedes, quae pecudum numero sunt,] Ob earum utilitatem. Perez. *in Prael. ad h. t. Cod. num.* 3. Facit huc Cicer. *de Offic.* II. 3. Et alibi servi quadrupedibus exaequantur. Merill. *Obs.* II. 35. (1). Frustra carpit haec Ant. Matthaeus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 401. *seq.*

Elefanti (2) *autem, & cameli, quasi mixti sunt:*] Ulpianus, *in Fragm. tit.* 19. §. 1. dicit, eos esse *nec mancipi, & bestiarum numero* (3).

Nam & jumentorum *operam praestant,*] *L.* 38. §. 4. *de Ædilic. Edict.* Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *jumentum.*

(1) Add. Schulting. *ad Caj. Instit.* I. 3. §. 1. *not. c.* in *Jurispr. Antejustin. p.* 29. & Jac. Gothofred. *ad L.* 23. *de reg. Jur. Oper. Minor. p.* 820. Sequitur in Lege: *Sed, an sues pecudum appellatione continentur, quaeritur?* &c. In rationem dubitandi inquirit Hommel. *Obs. Spec.* I. *Obs.* 10. in *Opusc. Jur. Univ. a Roessig. edit. Part.* I. *p.* 98. *seq.* Vid. & Huber. *Eun. Rom. loc. cit.* item Vinnium, & Otton. *ad* §. 1. *Inst. h. t.* & Gluck. *loc. modo cit. p.* 354. Pro *continentur* Vulg. habet *contineantur.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed pari modo scriptum in *L.* 52. §. 4. *h. t. quaerebatur, an — agere potest:* & sic etiam alibi. Additur in Lege: *Sed canis inter pecudes non est.* De quo vid. Meerman. *Diss. de Reb. manc. & nec manc. Cap.* 54. *seq.* Pro *longe magis bestiae* &c. forte legendum *longe magis ferae bestiae* &c. putat Noodt. *d. loc. Cap.* 2. circa fin.

(2) Hal. *elephanti.* Sed in Pand. Flor. loco *ph*, in multis

tia, praesertim peregrinis dictionibus, s. poni, notat Brisson. Parerg. §. 44. in Oper. Minor. p. 396.

(3) Unde Meerman. laud. Diss. cap. 56. censet, Ulpianum Elefantos, & Camelos potius ad tertium L. Aquiliae Caput ablegasse. add. de hoc loco Ulpiani Eund. ibid. Cap. 89. & Jo. Cannegiet. p. 72.

L. IV. (1).

(1) Ad hujus Legis pr. vid. Noodt. d. loc. Cap. 4.

§. 1.

Lex duodecim Tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit:] Vid. *Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 7. §. 2.

Ut tamen id ipsum cum clamore testificetur:] Haec sunt a Triboniano (1), Jac. Gothofred. *ad LL. XII. Tabb. Tab.* 2. *p.* 58. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 84. & 164.] Quinctil. *Declam.* 2. *p.* 27. [edit. Burman. *p.* 56.] *Prima sunt evigilantium praesidia clamores, nec potest quieta res esse noctis auxilium.* — Agitur de *Lege Aquilia*, non *Cornelia*, & sic recte (2) Noodt. *Obs.* I. 15. qui putat, hoc consilii esse. Aliter Huber. *Eun. Rom. p.* 404. *seq.* (3).

Si is se telo defendat:] *L. Wisigoth.* VII. 2. 15.

(1) Ipsa Lege XII. Tabb. ita cautum fuisse, ait Grotius, *de Jure Bell. ac Pac.* I. 2. §. 12. *num.* 3.

(2) Vid. Reinold. *Exercitat.* V. §. 3. in *Opusc. p.* 662. Ceterum, receptiore manu haec a Schultingio adscripta sunt. In *Thes. Controv. Dec.* 24. §. 9. item *ad loc. Collat. cit. not.* 8. & *ad Paul. in Sent.* V. 23. *not.* 36. secutus est Jac. Gothofredum.

(3) Aliter etiam Idsinga, *Varior. Cap.* 11. *p.* 69. qui haec a Triboniano interpolata dicit ex *L.* 1. *Cod. quand. lic. unic. sine Jud. se vind.* Sed peculiarem hanc esse Theodosii M. Constitutionem, eamque ad fures privatos non pertinere, docet Jac. Gothofred.

ad L. 2. Cod. Theod. ad L. Corn. de Sicar. Tom. III. *p.* 93. *seq.* Ex interpretatione Prudentum id descendisse, quamvis Cajus ita loqui videatur, quasi a Decemviris sit constitutum, ait H. Cannegiet. *ad Fragm. vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. & Rom. Cap.* 15. *p.* 193. Vid. etiam hac de re Otton. *in Praefat. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 30. Trotz. *in Praefat. ad Oper. Minor. Jac. Gothofred. p.* 20. Puttman. *Miscellan. Cap.* 23. *p.* 220. Pauca habent Forner. *Selection.* I. 22. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 33. *seq.* & Const. Land. *Exercitat.* in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 1409.

L. V.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 3. *h. t.*

Ergo & Cornelia tenebitur.] Facit huc *L.* 16. *ad L. Cornel. de Sicar.* Plenius hoc Ulpiani Fragmentum occurrit in *Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 7. §. 3. Noodt. *Probab.* I. 9. pro *Cornelia* legit *Aquilia* (1): quem non sequor. Vid. *Thes. Controv.* [*Dec.* 25. §. 3.] (2). Paulo aliter Huber. *Eun. Rom. p.* 406.

(1) Et *ad L. Aquil. Cap.* 5. probante Reinold. *Exercitat.* V. §. 3. in *Opusc. p.* 663. & *in Orat. de LL. Inscript.* §. 8. in *Jurispr. Restit.* *Wieling. p.* 194.

(2) Et *ad loc. Collat. cit. not.* 14. Vid. & Waechtler. *Opusc. p.* 215. a Schultingio quoque citatum ad edit. in 4to. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 30. Idsing. *Varior. Cap.* 11. *p.* 94. *seq.* Jo. van de Water. *Obs.* I. 18. Trotz. *Praefat. ad Oper. Minor. Jac. Gothofred. p.* 20. *seq.* H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 37. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 700. *not.* 77. *p.* 326. *seq.* Mihi quoque lectio haec non videtur sollicitanda: nec male Voet. & Idsing. *locc. citt.* observant, ipsam locutionem *ergo & Cornelia* &c. satis indicare, occidentem hoc casu non tantum L. Aquilia, sed & alia Lege teneri, nem-

pe *Cornelia*. Profecto, qui quum furem apprehendere possit, atque adeo nihil mali ab eo timeat, tamen occidere eum *maluit*, vix a dolo absolvi potest, & proinde merito pro homicida habetur, non tantum ex Lege Cornelia, sed forte etiam ex mente ipsorum Decemvirorum.

§. 1.

Id est, si culpa quis occiderit:] *Si* pro *etsi* (1).

(1) Vid. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 7. §. 3. *not.* 16. add. notata superius ad *L.* 18. §. 1. *de judic. not.* 3. — Ad seq. §. 2. vid. Suarez. *loc. laud.* I. 2. §. 9. *seqq. p.* 17. *seq.* & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10.

§. 3.

Si magister in disciplina vulneravit servum,] Quod olim non rarum. add. Lucian. *Somnio, p.* 4. [edit. Graev. *Tom.* I. edit. Reitz. *Tom.* I. *p.* 6.]

Multo magis igitur in occiso *idem erit dicendum.*] *Servo* scil., de quo casus propositus est.

Ut oculus puero perfunderetur:] *Effoderetur* (1), Forner. *Rer. Quotid.* III. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 207.] allegans Senec. *de Benefic.* V. *Cap. pen. Oculus mihi effossus est.* Schol. Basilic. [*Tom*, VII. *p.* 70.] ὡς τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ παιδὸς ἐκραγῆναι. Vulg. potest defendi, & explicari de oculi suffusione. add. Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* I. *Cap.* 5. *num.* 4. Sic ὀφθαλμοὶ ὑποκεχυμένοι, Theoph. *ad Autol.* I. *p.* 70. [*p.* 12. edit. Wolf.] *Suffusio*, Senec. *Epist.* 85. *Quomodo oculos major & perfecta suffusio excaecat, sic modica turbat.* add. Otton. *in Praefat. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 18. (2).

Quia levis duntaxat castigatio *concessa est docenti.*] Quinct. *Inst. Orat.* I. 3. in liberalibus studiis eam improbat.

De

De illa Dio Chryfoft. *Orat.* XV. *p.* 240. Auguftin. *de Civitat. Dei*, XXI. 14. Lucian. *Parafito*, *p.* 248. [edit. Graev. *Tom.* II. edit. Reitz. *Tom.* II. *p.* 851.] (3).

(1) *Effunderetur*, vel *pertunderetur* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diff.* X. §. 2. *Effunderetur* legitur quoque in *L.* 13. §. 1. *loc. cond.* ubi Ulpianus eandem ex Juliano fpeciem proponit. Vid. Labitt. *de Ufu Indic. Cap.* 5. §. 22. in *Jurispr. Reftit. Wieling. p.* 98. Add. de hoc §. Cujac. *ad Lib.* LXXXVI. *Julian. Digeftor.* Suarez. *loc. laud.* III. 6. *Sect.* 1. *p.* 159. *feq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 6.

(2) Qui mavult *offunderetur*, & fic etiam Heinecc. *ad Briffon. de Verb. Sign.* voc. *effundere*, num. 4. *Offundere* & *effundere* faepius confunduntur. Vid. Oudendorp. *ad Frontin. Strateg.* II. 4. 3. & Arntzen. *ad Panegyr. Tom.* II. *p.* 568. *b.* Pleraque tamen Mff. Florentinam fideliter referre, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & nihil mutandum cenfet quoque Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 15. add. Burman. *ad Vellej. Paterc.* II. 52. De verbis quae fequuntur, *fed monendi & docendi cauffa*, vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1357.

(3) Sequitur in Lege: *Sed Lege Aquilia* &c. Id eft, *fed & Lege Aquilia* &c. fecundum Noodt. *Probab.* I. 8. §. 7. — Pro *adfignatur* in feq. *L.* 6. Nic. Catharin. *Obf. & Conj.* II. 19. in Thef. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 780. legit *affimilatur*. Vid. & de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict.*

L. VII.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *fin. L.* 5. *h. t.* (1).

(1) In feq. §. 1. pro *vel capite* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diff.* X. §. 3. legit *vel lapide*. Sed vid. H. G. van Vryhoff. *Obf. Jur. Civ. Cap.* 5. & H. Cannegiet. *ad Fragm. vet. Jurispr. quae exft. in Coll. LL. Mof. & Rom. Cap.* 3. *p.* 41. add. de hoc §. Sua-

Suarez. *loc. laud.* I. 3. *p.* 37. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 9.

§. 2.

Fuit enim in ipsius arbitrio, ita se non onerare.] Facit huc *L.* 8. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Tò *sed* in initio hujus §. Noodt. *loc. modo cit.* accipit pro *sed &*, ut in *L.* 5. §. 3. *h. t.*

§. 4.

Si quis in colluctatione, &c.] Add. *L.* 3. §. 3. *de injur.* Lucian. *de Gymnas.* *p.* 270. *seqq.* [edit. Graev. *Tom.* II. edit. Reitz. *Tom.* II. *p.* 884.] (1).

Alius alium occiderit, (2)] Hoc non infrequens. Dio Chrysost. *Rhodiac.* *p.* 316.

Quia gloriae caussa & virtutis, non injuriae gratia videtur damnum datum.] Conf. locum egregium Tertullian. *in Scorpiace, Cap.* 6. *Qua nulla sunt praelia, nonnulla vulnera, pugni quassant, calces arietant, cestus dilaniant, flagella dilacerant, nemo tamen agonis praesidem sugillaverit, quod homines violentiae objectat, injuriarum actiones extra stadium.* add. Demosth. *Adv. Aristocrat.* *p.* 733. *b. d.* (3). Casaubon. *ad Trebell. Pollion. in Gallien. Cap.* 8. ubi & de pugillatu innoxio. Vid. & Salmas. *ibid. Antholog.* II. *Cap.* 1. Damnati [Cleomedis] tamen ob caedem exemplum apud Pausan. *Eliacor. Posterior.* *p.* 360. *in fin.* [ed. Hanov. 1613.] Sed pecunia. Oenomaus *apud Euseb. Praepar. Evangel.* V. 34. Vid. & Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 11. & Carpzov. *Decis.* 296.

Hoc autem in servo *non procedit*:] Qui tamen in circo possunt esse aurigae. Dio Cass. *Histor. Lib.* LXIX. *p.* 795.

Quoniam (4) *ingenui solent certare*:] Conf. Vales. *ad Eu-*

Euseb. Hist. Eccles. V. 1. Lamprid. *in Alex. Sever. Cap.* 42. Themist. *Orat.* XXI. *p.* 249. Arcebantur servi, quos quisque ut indicaret, Praeco edicebat. Chrysost *Tom.* V. *p.* 810. [edit. Eton. Edit. Montfaucon. *Tom.* XIII. *p.* 194.]

In filiofamilias vulnerato (5) *procedit.*] Non *occiso*, quippe hic nullum aestimabile damnum. Facit huc *L.* 23. *L.* 41. *h. t.* Nec obstat *L.* 6. §. 3. *h. t.* quae ad *servum* debet restringi.

Plane, si cedentem *vulneraverit*, &c.] Herbam porrigentem, victum se fatentem. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. h. t.* qualis confessio erat in cestu, & Pancratio. Senec. *de Benefic.* V. 3.

(1) Egit de hoc §. Suarez. *loc. laud.* I. 2. *Sect.* 3. *p.* 22. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 7. De *lucta* & *pancratio* quaedam quoque habet De Ajal. *ad L.* 2. *de aleator.*, in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 958. *seqq.*

(2) Τὰ *alius alium occiderit*, quae paulo post in Lege sequuntur, apud Hal. absunt, & forte a Librario male repetita sunt.

(3) Locum habet Henr. Stephan. *in Jur. Civ. Fontib. & Rivis*, in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 23. add. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 29. in eod. Thes. *Tom.* VI. *p.* 795.

(4) Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* X. §. 4. ope geminationis legit *quoniam jam*, scil. tempore Ulpiani. Noodt. *d. Cap.* 7. verba haec ita accipit, quasi scriptum esset *quoniam praesertim ingenui solent certare.* Egit de iis etiam De Ajala, *loc. modo cit. p.* 980. *seqq.*

(5) Noodt. *d. loc. Cap.* 2. dubitat, an quidem illud *vulnerato* Ulpiani sit. Sed vid. G. N. van Zevenhoven, *Diss. de Dubia quarumd. LL. Lectione, Cap.* 2. *in fin.* Lugd. Batav. 1740.

§. 5.

§. 5.

Quia aliud alii mortiferum esse solet.] D. Goth. *in not.* „ Aliud tamen esse, quoad Aquiliam pertinet, dicitur, sanum quis hominem occidat, aut imbecillum. *L.* 24. §. 5. *de damn. inf.*" Sed vid. *L.* 51. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 9.

§. 6.

Celsus autem multum *interesse dicit, occiderit, an mortis caussam praestiterit:*] D. Goth. *in not.* „ Imo nihil. *L.* 15. *ad L. Cornel. de Sicar.*" *Sed distinguendum inter *Legem Corneliam*, & *Aquiliam.* Cujac. *Obs.* XV. 26. add. *L.* 51. *pr. h. t.* (1).

Sed in factum *actione teneatur.*] Id est, *utili.*

(1) Et Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 9. — Ad seq. §. 7. vid. Suarez. *loc. laud.* III. 7. *Sect.* 1. §. 9. *seqq.* *p.* 165.

§. 8.

Vel ex locato,] Obstat *L.* 1. §. 1. *de extraord. cognit.* An χειρουργικὴ non fuit ars liberalis? (1).

Vel ex Lege Aquilia competere actionem.] Junge *L.* 9. *h. t.*

(1) De Medicis, eorumque conditione plura habet Brisson. *Sel. Antiq.* II. 3. ibiq. Trekell. & fuisse eos olim etiam χειρούργους, docet *ibid. Cap.* 4. ubi etiam videndus Trekell. add. de hoc §. Suarez. *loc. cit.* III. 6. *Sect.* 2. §. 3. *seqq. p.* 160. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 8. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 12. Pro *imperite secuerit* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 5. ope geminationis legit *imperite esecuerit*, & sic etiam in seq. *L.* 8. *pr.* pro *bene secuerit* legit *bene esecuerit.* Sed vid. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 17. *p.* 78.

L. VIII.

L. VIII.

Sed culpae reus intelligitur (1).] Et *utili actione* tenebitur.

(1) Flor. *intellegitur.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.* add. Arntzen. *ad Aurel. Victor. Epitom. Cap.* 47. *p.* 592. Τὸ *perperam* in initio Legis Graecos vertere προπετῶς, id est, *temere*, notat Leunclav. *Notator.* I. 67. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1492. Pro *bene secuerit & dereliquit* Hal. habet *bene secuit* &c. Sed saepius Nostri ita scribunt. Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 11. *si quadr. paup. fec. dic.* Plura alia exempla etiam in hoc titulo occurrunt.

§. 1.

Cum affectare quisque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram.] *L.* 7. §. 2. *h. t.* add. locum elegantem Persii, *Sat.* V. *vs.* 97. *seqq.* Facit huc Demosth. *de Fals. Legat. p.* 309. Cicer. *ad Brutum*, in *Epist. a Germanis repert. Epist.* I.

Idem juris est in persona ejus, qui impetum equi, quo vehebatur, propter imperitiam, vel infirmitatem, retinere non poterit (1).] Vid. Sand. *Decis.* V. 7. *def.* 6. Amoeniora quaedam apud Scip. Gentil. *Parerg.* I. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1294.]

(1) Hal. *potuerit.* add. de hoc §. Suarez. *loc. laud.* III. 6. *Sect.* 2. §. 10. *seq. p.* 161. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 8. in fin.

L. IX.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *fin. L.* 7. *h. t.*

In factum *actionem dandam.*] Id est, *utilem.* Sic *L.* 7. §. 3. 6. *L.* 11. §. 1. 5. *h. t.* & §. 2. & 3. *h. l.* (1).

(1)

(1) Add. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 9. *Obstetrix* Graeci vertunt ἡ ἰάτραινα. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Etiam feminas obstetrices inter medicos olim relatas esse, docet Merill. *Obs.* V. 21. add. Suarez. *loc. cit.* III. 6. *Sect.* 2. §. 8. *seq. p.* 161. Noodt. *d. loc. Cap.* 8. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 17. *p.* 78. — Sequitur in §. 1. *Si quis per vim, vel suasum medicamentum alicui infundit*, &c. Exemplum esse apud Horat. *Lib.* II. *Sat.* 3. notat Marq. Freher. *Parerg.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 926. Pro *infundit* Hal. habet *infudit*, quod etiam praefert Brencm. *d. loc.* quamvis putet, Florentinam defendi posse, cum saepius in Pand. pari modo *relinquerit*, & *relinquisse* pro *reliquerit*, & *reliquisse* sit scriptum. add. Brisson. *Parerg.* §. 25. *Oper. Minor. p.* 394. *seq.* Pro *cristere* haud dubie legendum esse *clystere*, notat Brencm. *d. loc.* Graeci habent διὰ κλυστῆρος. Vid. Leunclav. *Notator.* I. 67. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1492. add. de hoc §. Suarez. *loc. modo cit.* §. 9. & Noodt. *d. loc. Cap.* 9. — Additur in seq. §. 2. *Si quis hominem fame necaverit*, &c. Pulcherrimam ea de re quaestionem exstare apud Platon. *in Eutyphron.* περὶ ὁσίου, observat Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1874.

§. 4.

Per campum jaculatorium] Is erat extra pomoerium. Vales. *ad Amm. Marcellin. Lib.* XVIII. *p.* 201. & *Lib.* XX. *p.* 240. (1). *Campus*, Cyprian. *in Praefat. Lib. de Exhortat. Martyr. p.* 377. [edit. 1593.] Theodoret. *Histor. Eccles.* IV. 26. Chrysost. *in* I. *ad Thessalon. Serm.* III. *p.* 176. [Tom. IV. edit. Eton. Edit. Montfaucon. *Tom.* XI. *p.* 446.]

Qui tamen data opera in eum jaculatus est, utique Aquilia tenebitur:] Junge *L.* 11. *h. t.*

(1) Add. Suarez. *loc. laud.* I. 2. *Sect.* 7. §. 3. *seq. p.* 32. Vid. de hoc §. etiam Herald. *Obs. ad Jus*

Attic. & Rom. V. 6. §. 11. *seqq.* & Noodt. *ad L. Aquil.* *Cap.* 7. — Additur in seq. *L.* 10. *Nam lusus quoque noxius in culpa est.* Haec ratio pertinet ad id, quod primo omnium loco in §. *ult.* *L. praec.* traditur, non ad cetera. Vid. Voorda, *Elector.* *Cap.* 5. *p.* 59. & P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor.* *Cap.* 1. §. 10. *p.* 37. Idem quoque jam observaverat Herald. *loc. modo cit.* *Lusus noxius* Graeci vertunt ἐπιβλαβὲς παίγνιον, *damnosum ludicrum.* Vulg. habet *ludus.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XI.

Ulpianus Lib. VIII. (1) *ad Edictum.*] Junge *fin.* *L.* 9. *h. t.*

Et sic servi, quem tonsor radebat (2), *gula sit praecisa adjecto* (3) *cultello*, &c.] Lux huic loco ex Martiali, *Lib.* VII. *Epigr.* 60. (4) quod jam notavit Freher. *Parerg.* I. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 870.]

Quamvis nec illud male dicatur, si in loco periculoso sellam habenti tonsori se quis commiserit, ipsum de se queri debere.] Hac tamen ratione nondum domino satisfit. Facit huc *L.* 1. §. 5. *de injur.* *L.* 26. *eod.* add. exemplum §. *ult.* *Inst.* *h. t.* Hoc non amolitur satis Huber. *Eun. Rom.* *p.* 408. *seq.* (5).

(1) Vitium typographicum est. Lege *Lib.* XVIII.

(2) Sic Steph. Hal. H. a Porta, & recentiores. Flor. *habebat.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Vulg. *adacto.* Vid. Brencm. *d. loc.* quod probat Hoffman. *Meletem. ad Pand.* *Diss.* X. §. 6.

(4) Ubi de consuetudine tonsorum sellam in publico ponendi: de qua vid. & Noodt. *ad L. Aquil.* *Cap.* 7. & Puttman. *Adversar. Jur. univ.* I. 16. §. 6. *p.* 259.

(5) Noodt. *loc. modo cit.* verba haec ita accipit, ut sensus sit, quamvis non male dicatur, servum de se queri

ti debere, tamen tonsoris culpam esse. Alii aliter. Vid. Suarez. *loc. cit.* I. 2. *Sect.* 7. §. 10. *seqq. p.* 32. De Ajal. *ad L.* 2. *de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 984. Jo. van der Linden, *Adnotat ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 17.

§. 1.

In factum *actione tenetur.*] Id est, *utili.*

§. 2.

Quod si non apparet, omnes, quasi occiderint, teneri Julianus ait:] Exstat locus Juliani in *L.* 51. §. 1. *h. t.* Aliud in *Lege Cornelia de Sicariis.* Vid. *L. ult. ad L. Corn. de Sicar.* add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13.

Nam ex Lege Aquilia quod alius praestitit, alium non relevat (1):] *L.* 1. *in fin. si is qui test. lib. esse juss. erit* &c.

Cum sit poena (2).] Si enim actor peteret quod sua interest, non posset id plus quam semel consequi. *L.* 1. §. 4. *de eo per quem fact. erit* &c. Simile, *L.* 21. *de liber. causs.*

(1) Hal. *liberat.*
(2) Ratione rei. Vid. Herm. a Vianen, *de Concursu actionum*, *Cap.* 2. §. 6. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 286. add. notata inferius ad *L.* 23. §. 8. *h. t.* & vid. de hoc §. quoque Suarez. *loc. laud.* I. 3. *Sect.* 2. *p.* 39. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 8.

§. 3.

Celsus scribit, si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimaverit, &c.] Vid. D. Goth. *in not.* Sed nec Gothofredus satis placet, nec vulgata distinctio inter

ter vulnera mortifera omni modo, & non omni modo, quam probat Covarruv. *ad Clement. si furiosus. Part.* II. §. 2. *num.* 4. & forte Celsus, Marcellus, & Ulpianus dissensere a sententia Veterum, quam sequitur Julianus *L.* 51. §. 1. & 2. *h. t.* ubi vid. Cujac. *ad Lib.* LXXXVI. *Julian. Dig.* & *Obs.* XXVII. 13. Vid. tamen pro vulgata conciliatione Matthaeum, *de Criminib. Lib.* XLVIII. *tit.* 5. *Cap.* 3. *num.* 19. (1) qui non placet.

(1) Add. Suarez. *loc. cit.* I. 3. *Sect.* 3. *p.* 42. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 14. Huber. *in Prael. ad eund tit. Pand.* §. 4. Zach. Huber. *Diss. Jurid. & Philologic. Tom.* II. *p.* 29. *seqq.* Voet. *ad h. t. Pand.* §. 9. Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 20. Sed Veteres JCtos hac in re dissensisse, praeter Cujac. *loc. a Schulting. cit.*, etiam agnoscunt Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 25. §. 4. *seq.* Jo. van der Linden, *in Adnotat. ad d. loc. Voet.* Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 702. *p.* 347. *seqq.* & de industria probavit Bav. Voorda, *Verhandel. over het Verstand van de Ordonn. van Koning Philips op den Stijl van Procedeeren in Crimineele Zaaken, Cap.* 2. §. *ult. p.* 247. *seqq.* — De verbo *oppresserit* in seq. §. 4. vid. Jac. Gothofred. *Diss. de Testam. tempore pestis* &c. *Oper. Minor. p.* 638.

§. 5.

Qui canem irritaverat,] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1286.] (1).

Ceterum, si non tenuit, in factum agendum.] Id est, *utili actione.*

(1) Pro *quamvis eum non tenuit*, in seqq. Legis verbis, Vulg. habet *tenuerit.* Vid. Brencm. *h* in Corp. iur. Geb. & Spang. Sed post *quamvis* apud Nostros etiam alibi Indicativus sequitur. Vid. v. gr. *L* 25. §. 11 *de hered. petit.* de quo vid. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 14. 3. — Ad seq. §. 6. vid. Noodt. *ad*

L. Aquil. Cap. 11. Verba *hoc est domino* Triboniani Glossema esse, censet Suarez. *d. loc.* L 5. §. 4. *p.* 58. Hal. ad haec verba in margine notat: *haec alias desunt.* Vid. Gebauer. *ad h. l.* Quaedam de voce *hero* notat Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1389. — In seq. §. 7. in fin. post τὸ *tibi* Hal. addit *quicquid fuero consecutus*, notat tamen in margine: *Haec in omnibus fere desunt.* Vid. Gebauer. *ad h. l.* Et Russard. & Charond. notant, addita haec esse ab eo, qui non animadvertebat, supplendum hic ex prioribus esse verbum *actionem.*

§. 8.

Et magis in factum *actio erit danda.*] Id est, *utilis* (1).

(1) De seq. §. 9. vid. notata superius ad *L.* 2. *pr. si quadr. paup. fec. dic.* — Ad seq. §. 10. vid. Noodt. *ad L Aquil. Cap.* 11. — Ad seq. *L.* 12. vid. Suarez. *loc. cit.* II. 3. *Sect.* 2. *p.* 121. *seqq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 704. *not.* 12. *p.* 372. *seq.*

L. XIII.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 11. *h. t.*

Quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur.] Proprie, & quod ad hanc actionem: & sic Grotius, *de Satisfact. Cap.* 4. *p.* 72. (1). Nihil huc facit *L.* 9. §. 7. *de pecul.* (2) & quod Aristoph. *Pluto*, *in pr.* negat servos κυρίους τοῦ σώματος. & Dion. Halicarnass. *Antiq. Lib.* II. *p.* 97. & sic Dio Chrysost. *Orat.* LXXIV. *p.* 638, Philostr. *Vit. Apollon. Tyanens.* VII. 42. Nostra haec μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν [*quatenus curanda sunt*] Marc. Antonin. *Lib.* XII. §. 3.

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 25. §. 6. Vid. &

& Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 2. §. 2. *p.* 169. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 14. Voet. *ad eund. tit.* §. 11. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 20.

(2) Cum qua vix conciliari posse nostram *L.* 13. *pr.* dicit Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 16. Pluribus de illa *L.* 9. egit Jo. van der Linden, *in Adnotat. ad Voet. loc. cit.*

§. 1.

Julianus scribit, si homo liber bona fide mihi serviat,] *Isque damnum injuria dederit*, interponit Pard. Praej. *Jurispr. Med.* III. 34. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 573.] Male (1).

(1) Suarez. *d. loc.* III. 6. §. 2. *seq. p.* 158. hunc §. accipit de damno lata, aut levi culpa dato, non levissima, ob *L.* 54. §. 2. *de adq. rer. dom.* Quem etiam vid. de seq. §. 2. *ibid.* I. 5. *Sect.* 1. *p.* 59. *seq.* *Quis Aquilia agat* Taurellium edidisse contra disertam & perspicuam Cod. Flor. scripturam, ubi legitur *Aquiliae agat*, scil. *actione*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Si non *post mortem servi* &c.] *Si modo* &c. Vulg. (1). *Heredi competere.*] Junge *L.* 15. *h. t.*

(1) Imo Hal. Vulg. negationem omittit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quam etiam detrahendam censet Pothier. *in not. ad h. l.* Haloandrum sequitur Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 11. Saepius voces *non* & *modo* permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 2. *pr. si quis caut. in judic. sist.* &c. Contio tamen Florentinam placere, eumque ad Graecos provocare, notat Brencm. *d. loc.* Retinet etiam *si non* Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Suarez. *loc. cit.* I. 5. *Sect.* 1. §. 7. *seqq.* qui illud accipit pro *nisi*. — In seq. *L.* 14. pro *dictum est* Hal. & Vulg. habent *dicendum est.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur.

Geb. & Spang. Accipiendam hanc Legem esse de servo occiso ab herede post aditam hereditatem, antequam Legatarius constituisset, velle Legatum ad se pertinere, ne obstet *L.* 7. §. 5. *de dol. mal.*, observat Suarez. *loc. laud.* I. 5. *Sect.* 1. §. 37. *seqq.* *p.*61. Aliter Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XV.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 13. *h. t.*

Si ante aditam hereditatem occidatur] Ergo non re adquisita Legatario.

Apud heredem remaneat Aquiliae actio,] Facit huc *L.* 114. *in fin. de Legat.* 1°.

Quodsi vulneratus sit ante aditam hereditatem, in hereditate quidem actio remansit,] Sed ipsi inutilis fuit. Merend. *Controv. Jur.* IX. 34. *num.* 5. & 6. (1).

(1) Additur in Lege: *Sed cedere ea Legatario heredem oportet.* Hal. & Vulg. habent *cedere eam.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed pari modo in *L.* 4. §. 2. *de alien. jud. mut. causs. fact.* dicitur *cedere possessione*, & a Paulo, *in Sent.* I. 15. §. 1. *quadrupede cedere.* add. Schroder. *Obs.* IV. 7. *p.* 351. & notata superius ad *L.* 19. *si servit. vind.* Vid. de hac Lege etiam Cujac. *ad L. Arbitrio. de dol. mal.* Suarez. *d. loc.* I. 5. *Sect.* 1. §. 36. *seqq.* *p.* 60. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 11. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Quia (1) *verum est, eum a te occisum tunc, cum vulnerabas:*] Facit huc *L.* 21. §. 1. *h. t.*

Quod mortuo eo demum apparuit:] Facit huc *L.* 98. §. 3. *de solution* (2).

Heredem ejus agere Aquilia non posse.] Junge *L.* 17. *h. t.*

(1) Praecedit in Lege: *Si servus vulneratus mortifere*, &c. Vid. citatos superius ad *L.* 11. §. 3. *h. t.* In primis Noodtium, qui putat, Julianum sententiam suam, in *L.* 51. *pr. h. t.* proditam, mutasse: & Bav. Voordam, qui, si Noodtium hac in re non sequaris, observat, verba *Julianus ait* non ad omnia, quae praecedunt, referri posse, sed ad proxime praecedentia *sed si manumissus* &c. Noodtium sequitur etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Sed dissentit Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 161. *p.* 317.

(2) Sequitur in Lege: *in superiore non est* &c. Al. *at in superiore* &c. Imo etiam Flor. post *apparuit* superpositum *at*, & quidem antiquius. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. *L.* 16. confer quae habent Jac. Gothofred. & Schulting. ad *L.* 85. §. 1. *de reg. jur.*

L. XVII.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *fin. L.* 15. *h. t.* (1).

(1) Add. Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 80. & Suarez. *loc. cit.* III. 5. §. 16. *seqq. p.* 156.

§. 1.

Quia retro accrevisse dominium ei videtur.] Junge *L.* 19. *h. t.* (1).

(1) Ant. Augustin. *Emendat.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1497. hunc §. tollit auctoritate Haloandri, qui haec verba Flor. non exstare notat. Idem observavit quoque D. Goth. *in not.* & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, nec Basil. ea verba habere, quemadmodum nec exstant in edit. Pand. Taurell. Exposuit hunc §. Suarez. *d. loc.* I. 5. *Sect.* 1. §. 15. *seqq. p.* 59.

L. XVIII.

Sed alterutra contentus esse debebit actor.] Vid. tamen *L.* 7. §. 1. *commod.* (1).

(1) Sed vid. Suarez. *loc. cit.* III. 3. §. 14. *seqq. p.* 151. Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermogenian. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 618. Herm. a Vianen, *de Concursu action. Cap.* 2. §. 6. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 287. *seq.*

L. XIX.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 17. *h. t.* (1).

(1) Pro *sed si communem* &c. Hal. & Vulg. habent *sed & si communem* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Egit de hac Lege Suarez. *d. loc.* II. 3. *Sect.* 1. *p.* 120. & I. 4. *Sect.* 6. §. 18. *p.* 75. ubi & de seq. *L.* 20. in qua pro *agat* Hal. & Vulg. habere *agit*, atque ita non adeo recenter Flor. correctum esse, notat Brencm. *d. loc.*

L. XXI.

Idem *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 19. *h. t.* *Quanti is homo in eo anno* &c.] *Quanti id in eo anno* &c. *L.* 2. *pr. h. t.* (1).

(1) Apud Hal. *τὰ is homo* absunt. Vid. ad hanc Legem Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 12. & Suarez. *loc. cit.* I. 4. *p.* 43. *seq.* & I. 4. *Sect.* 6. *p.* 55. *seq.* quem etiam vid. de seq. *L.* 22. §. 1. *ibid.* I. 4. *Sect.* 2. *p.* 47. *seq.* add. Cujac. *ad L.* XXII. *Paul. ad Edict.*

L. XXIII.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 21. *h. t.*

Si

Si servus heres institutus occisus sit,] Mortuo jam testatore. §. 2. *h. l.* (1).

(1) Add. Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 1. §. 3. *seqq. p.* 45. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 702. *not.* 19. *p.* 346.

§. 1.

Si servus liber & heres esse jussus,] A domino (1). Cujac. *Obs.* XXVII. 12.

(1) *Occisus fuerit*, vivo testatore. Sic etiam Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 4. §. 33. *seqq. p.* 53. Aliter Pothier. *in not. ad h. l.* qui ponit, servum occisum post mortem testatoris pendente conditione libertatis: & putat in fine Legis aliquid deësse, & scriptum forte fuisse: *quia si occisus non esset, & heres esset*, &c.

§. 2.

Idem Julianus scribit, &c.] Hoc tantum ab Ulpiano referri, putat Thomas. *Diss.* X. *Cap.* 2. §. 33. quod non placet (1).

(1) De Veterum dissensu hac in re vid. Mascov. *de Sect. Sabin. & Proculian. Cap.* 9. §. 24. add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 1. §. 21. *seqq. p.* 46. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. §. 30. *seqq.* Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

Posse eum *Aquilia agere.*] *Posse erum* &c. legit Cujac. *Obs.* XXVII. 11. id est, dominum (1).

(1) Probante Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 12. & *Obs.* II. 25. Pothier. *in not. ad h. l.* Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed nihil mutat Suarez. *loc. laud.* I. 5. §. 5. *seqq. p.* 58. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc. tit.* §. 703. *not.* 47. *p.* 356.

p. 356. — De seq. §. 4. vid. Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 2. §. 18. *seqq. p.* 48. *seq.* — In seq. §. 5. verbis *bonae frugi servus τῷ frugi* Flor. non omnino recenter *i* adscriptam esse, notat Brencm. *d. loc.* cui tamen vetus scriptura placet, quoniam *bonae frugi* scripsit quoque Ulpianus in *L.* 1. §. 4. & *L.* 9. §. 1. *de serv. corrupt.* Imo passim Nostri ita loquuntur. Loca vid. apud Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *frugi.* add. de hac locutione Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 4. 12. — Additur in seq. §. 7. *si infans sit occisus nondum anniculus*, &c. Quis *anniculus* dicatur, docet Paulus in *L.* 134. *de Verb. Signif.* ad quam vid. Schulting. add. de hoc §. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 12.

§. 8.

Cum sit poenalis:] *L.* 11. §. 2. *h. t.* (1) Scil. a parte rei; sed ratione actoris est reipersecutoria. *L.* 50. *pro socio.*

(1) Ad quam vid. notata. add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 4. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10. *in fin.* P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 3. §. 5. *p.* 86. *seq.* Egit etiam de hoc §. Suarez. I. 4. *Sect.* 5. §. 19. *seq. p.* 54. & III. 2. §. 2. *seqq. p.* 146. *seq.* & Huber. *Eun. Rom. p.* 409. *seqq.* Saepius JCtos *haec actio*, vel *hanc actionem*, vel *in hac actione* dicere, nullo praeterea addito, exemplis probat Noodt. *Obs.* II. 9. *in fin.*

§. 9.

Si dolo servus occisus sit, & Lege Cornelia agere dominum posse constat:] *L.* 1. §. 2. *ad L. Cornel. de sicar.*

Et, si Lege Aquilia egerit, praejudicium fieri Corneliae non debet.] Vid. *L.* 7. §. 1. *de injur.* Non obstat *L.* 14. *de accusat.* quae de Legibus publicorum judiciorum agit. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 411. *seq.* qui tamen nimis verbosus (1).

(1) Late etiam hac de re agit Suarez. *loc. cit.* III. 1. & *Sect.* 1. *p.* 140. *seqq.* add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 30. ibiq. Jo. van der Linden, *in Adnotat.* Quid significet *praejudicium fieri Corneliae non debet* exponit quoque Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de oblig. quae ex del.* — Ad seq. §. 10. vid. Suarez. *d. loc.* III. 4. *p.* 152.

§. 11.

Confessoriam actionem,] *L.* 25. §. 1. *h. t.* (1).

Ceterum occisum esse hominem a quocunque oportet.] Junge *L.* 25. *h. t.*

(1) Actionem hanc non diversam esse ab *actione interrogatoria*, putant Westenberg. *ad tit. Pand. de interrog. in Jur.* §. 16. Wybo, *de Interrog. in Jur. Cap.* 9. *p.* 129. & 146. aliique. Sed rectius actiones has distinguit Maran. *in Paratitl. ad tit. Pand. de interrog. in Jur. Oper. p.* 145. An eas distinxerit quoque Noodt. *ad eund. tit. Pand.* Vs. *Porro ait Praetor* &c. incertum mihi est. Sed Duaren. *Disp. Anniv.* I. 43. quem laudat, pro iisdem illas habet. Egit de hoc §. & *seqq. LL.* quoque Suarez. *d. loc.* III. 4. §. 20. *seqq. p.* 154. De seq. *L.* 24. vid. etiam Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict.*

L. XXV.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *fin. L.* 23. *h. t.* (1).

(1) Pro *ut non teneatur in mortuo*, ut Flor. scriptum est, Hal. & Vulg. habent *de mortuo.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed pari modo *in eo solo tenetur* scriptum est in *L.* 1. §. 5. *de oblig. & action.* — In seq. §. 1. pro *confitetur* omnes habere *confiteatur*, & Flor. antique *a* superscriptam esse, notat Brencm. *d. loc.* additque, τὸ *aut*, quod sequitur,

tur, ex antecedentibus hoc loco male repetitum videri, & ab omnibus quoque abesse.

§. 2.

Nam nullae partes sunt judicandi (1) *in confitentes.*] D. Goth. *in not.* „ Nisi in condemnando (2). " Imo tantum in aestimando, *h. l.* vel adsignando solutionis die. *L.* 7. §. 2. *de Legat.* 1°. *L.* 21. *de judic.* add. §. *ult. Inst. de perp. & temp. act.* & sic explicandae *L.* 3. *L.* 5. *de confess.* Vid. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. (3).

(1) Al. *judicanti*, teste Charond., & probante Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 10. *p.* 15. Hal. & Vulg. *judicantis.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Florentinam tuetur.

(2) Sic etiam Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. de confess.* & *Obs.* XX. 36. item Guil. Barclaj. *ad tit. Pand. de Jurejur.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 923. Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de confess.* §. 1. Voet. *ad eund. tit.* §. 6. aliique.

(3) Add. Suarez. *d. loc.* III. 4. §. 11. *seqq. p.* 153. & in primis Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 1. §. 5. *not.* 12. & *Diss. ad L.* 1. §. *ult. de quaestion.* §. 1. — In seq. *L.* 26. in fin. pro *aestimat* Hal. & Vulg. habent *aestimet.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 8. *pr. h. t.*

L. XXVII.

Si servus servum alienum subripuerit,] Animo scil. furandi, per *L.* 41. §. 1. *h. t. L.* 39. *L.* 53. *de furtis.*

§. 1.

Legi Aquiliae locus est adversus te,] *L.* 19. *L.* 20. *h. t.* (1).

(1) Vid. de hoc §. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 2. *p.* 8. ubi etiam alii auctores citantur. Pro *& ita Proculum existimasse*, *Ursejus refert* nonnullos legere *& ita Proculus existimas-*

masse Ursejum refert, notat Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 43. *p.* 430. Haud dubie male.

§. 2.

Item si servus communis, meus & tuus, sit occisus &c.] Verba *meus & tuus* expungit Leonin. *Emend.* V. 9. Non recte.

§. 3.

Servi autem occidentis nomine dominus tenetur: is vero, cui bona fide servit, non tenetur.] Cum dominus notus est. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 18. *Thes.* 12. *Lit. c. p.* 713. quem vide (1). D. Goth. *in not.* „ Imo tenetur noxali bonae fidei possessor, *L.* 13. & 28. *de noxal.*" Ubi vid. Cujac. *Tract.* VI. *ad African.* quem exscribit Gothofredus, *h.* add. Cujac. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. *ult.* (2).

(1) Eodem modo hunc §. accipit Voet. *ad tit. Pand. de noxal. action.* §. 6. Alii vero aliter. Vid. Suarez. *d. loc.* l. 5. *Sect.* 5. *p.* 70. *seq.* Wissenbach. *Disp. ad tit. Pand. de noxal. action.* §. 25. Huber. *in Prael. ad eund. tit.*

(2) *Not.* 88. Vid. *ibid.* quoque Schulting. ubi Cujacii & Bachovii responsionem rem non absolvere dicit, sed magis inclinat, ut cum Gloss. 2da. *ad L.* 27. §. 3. *h. t.* dicamus, peculiare quid obtinere in *actione noxali ex L. Aquilia.* Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 10. & J. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. loc. modo cit.*

§. 4.

Hujus Legis secundum quidem capitulum &c.] D. Goth. *in not.* „ Secundum hoc Legis Aquiliae caput videtur fuisse de intercepta nobis utilitate aliqua, cujus exemplum ex Plinio, IX. 59. citat Cujac. (1)" Sed si hoc verum

esset,

esset, non opus fuisset, hoc casu actionem in factum dari. §. *ult.* *h.* *l.*

(1) *In Paratitl. ad h. t. Pand. & Cod.* Locum illum Plinii huc non pertinere, docet Bynkersh. *Obs.* I. 13. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 1. *in fin.* & *Cap. ult.* Varias aliorum de hoc secundo Legis Aquiliae Capite sententias recensent Bynkersh. *d. loc.* Otto, *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 32. *seq.* & *de Tutel. Viar. Part.* III. *Cap.* 5. *p.* 485. *seqq.* Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. de L. Aquil.* §. 9. Walch. *ad Hopp. Comm. ad* §. 12. *Inst. eod.* H. Cannegiet. *Obs.* IV. 9. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 5. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 703. *p.* 359. *seqq.* — Ad seq. §. 5. vid. Suarez. *d. loc.* II. 1. *p.* 84. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 14. Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 495. *seq.* Pro *usserit* hic & alibi Flor. scriptum esse *userit*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. De locutione *damnum facere* vid. Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 107. & Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 113. *p.* 184. add. Vorstium, *de Latinit. falso suspect. Cap.* 10. & Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 373. Pro *quanti ea res erit* Hal. legit *quanti ea res fuit:* quod praefert Gluck. *loc. modo cit. not.* 91. *p.* 364.

§. 7.

Item si arbustum meum &c.] Exstat hic locus plenius in *Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 12. §. 7. qui locus conferendus (1).

(1) Add. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18. Vs. *Exempla sunt* &c. Quem etiam vid. *ibid.* de seq. §. 8. add. Suarez. *d. loc.* II. 2. §. 10. *seqq. p.* 87. & Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 495.

§. 9.

§. 9.

Qui recte ignem subjecit, non peccavit:] *Quemadmodum si hominem Medicus recte secuerit, sed neglegenter vel ipse vel alius curaverit, Aquilia cessat.* Haec omisit Tribonianus, sed exstant in *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.* (1).

Nec quisquam dixerit in eo (2), *qui obdormivit, rem eum humanam & naturalem passum:*] Nimis subtiliter philosophari hic videtur Merill. *Obs.* I. 26.

(1) Add. Marq. Freher. *Parerg.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 871. Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 2. §. 18. *seqq. p.* 92. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil.* Vs. *Sequitur alterum* &c. In *pr.* §. Flor. non *Fornacarius*, sed *Fornicarius* legi, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Prius tamen rectius. Vid. Leonin. *Emendat.* V. 10. §. 1. Suarez. *loc. modo cit.* Schulting. *ad loc. Collat. cit. not.* 27. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* in voc. Otton. *Praefat. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 2. Graecos habere φουρνάριος, notat Leunclav. *Notator.* II. 30. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1510. An satis recte, dubitat Brencm. *d. loc.*

(2) Hal. *nec quisquam dixerit eum, qui obdormivit, rem humanam* &c. Sed, ut Flor., legitur quoque in *Collat. d. loc.* in *Jurispr. Antejustin. Schulting. p.* 778. nisi quod ibi τὸ *eum* omittatur, quod tamen exstat in Apographo *Collationis* Scaligeri. Vid. M. Roever. *Diss. ad Loca quaed. deprav. Jur. Civ. Cap.* 13. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 183. *in fin. & seq.*

§. 10.

Si furnum &c.] Plenius *in Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.* Sed tamen corrupte (1).

In factum *actionem dandam:*] Id est *utilem.* (2).

(1) De quo loco vid. & Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 12. *p.* 72. item Vonck. *Specim. Critic. in varios auctor. p.* 37. & H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr.* *quae*

quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p. 271. *seqq.* add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 4. *p.* 98. *seq.*

(2) Sequitur in Lege: *ut metuam, ne mihi damnum des,* &c. Quaedam a Triboniano hic omissa. Vid. Wissenbach. *de Emblem. Tribon. Cap.* 2. *p.* 31. Bynkersh. *Obs.* VII. 10. circa fin. H. Cannegiet. *loc. modo cit. p.* 273. *seq.* Vid. tamen Wybon. *in Tribon. defens. Cap.* 2. §. 7. *p.* 262.

§. 11.

Proculus ait, &c.] Inter hunc §. & §. 10. quaedam alia habet *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.*

Ita ut colonus possit servum *noxae dedere:*] Al. *servos.* Vid. D. Goth. *in not.* & sic in *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.* (1).

(1) Et sic etiam Flor. antique correctum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Egit de hoc §. Suarez. *loc. cit.* II. 2. *Sect.* 1. & 2. *p.* 88. *seqq.* add. Fineftr. & de Monzalv. *in Libb. Hermogen. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 619.

§. 12.

Si cum apes meae &c.] *Item Celsus Lib.* XXVII. *Digestorum scribit, si cum apes meae* &c. *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.* (1).

Tu eas exusseris (2), &c.] *L.* 49. *pr. h. t.* Plenius in *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc. Quosdam negare, competere L. Aquiliae actionem, inter quos & Proculum, quasi apes dominii mei non fuerint. Sed id falsum esse, Celsus ait, cum apes revenire soleant, & fructui mihi* (sic legendum cum Pithoeo) *sint. Sed Proculus eo movetur, quod nec mansuetae, nec ita* (3) *clausae fuerint. H. d.* (4) *Ipse autem Celsus ait, nihil inter has, & colum-*

lumbas interesse, quae si manu (5) *refugiunt, domi tamen fugiunt.*


(1) Locum Quinctiliani, ubi similis quaestio occurrit, relatum a Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 14. citat quoque Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 143. Vid. & Suarez. *d. loc.* II. 1. §. 26. *seqq. p.* 85. *seq.*

(2) Sic etiam legendum in *Collat. d. loc.* pro *totas exsusserit*, censet Schulting. *ibid. not.* 56. Noodt. *loc. modo cit.* H. Cannegiet. *loc. cit. p.* 274. Sed Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Collat. p.* 244. legit *tu totas exusseris.*

(3) Noodt. *d. loc.* legit *nec in alveo clausae* &c. Vid. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 58. M. Roever. *Diss. supra laud.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 142. *nec tamen clausae* &c. Sed Puttman. *Conject. Dec.* §. 9. in *Opusc. Syllog. p.* 97. nihil mutandum censet, aut alioquin legendum *nec inclusae* &c. quemadmodum & rescribit H. Cannegiet. *loc. modo cit.*

(4) Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Collat. p.* 244. literas illas sic exponit: *nec ita clausae fuerint* HAC DOMO. H. Cannegiet. *loc. cit.* legit: *ad ipsum autem* &c. Potius literas has exponendas putem *hoc dixit*, scil. Proculus. Conf. Val. Prob. *de Not. Romanor. ad Litt. H. & D.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 97. & 94.

(5) Noodt. *d. loc.* legit: *quae si mane effugiunt, domum tamen refugiunt.* Vid. Schulting. *ad d. loc. Collat.* M. Roever. *loc. laud. quae si manu fugiunt, domum tamen refugiunt.* H. Cannegiet. *d. loc. quae si in aëra fugiunt, domum tamen refugiunt.* Jo. Cannegiet. *d. loc.* nihil mutat, nisi quod pro *domi* legat *domum.* — Additur in seq. §. 13. *Inquit Lex*, RUPERIT. *Rupisse verbum fere omnes Veteres sic intellexerunt, corruperit.* E disputatione fori hanc interpretationem venisse, putat Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 15. Sed. vid. Zepernick. *Diatrib. de Judicat. Centumv.* adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 420. Cujacius, *Obs.* XXVII. 25. *Veteres* intelligit Interpretes XII. Tabularum. In aliis editt. τὸ *rupisse* deësse, & edit. Lugdun. 1551.



1551. pro *rupisse verbum* habere *quod verbum*, notat Bondam. *Animadv. Critic. ad loca qaaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 190. qui pro *sic* legere, mavult *hic*, id est, *hoc loco. Quod verbum* &c. habet quoque Hal.

§. 14.

Si lolium, aut avenam (1) *in segetem alienam injeceris,*] Matth. XIII. 25. (2) ubi vid. Pricaeum.

Vel, si locatus fundus sit, colonum,] *L.* 12. *quod vi aut clam.*

Sed & in factum agendum:] Id est, *utili actione* (3).

Et si colonus eam (4) *exercuit*, cavere *eum debere, amplius non agi:*] Vid. ad *L.* 57. *de petition. heredit.*

(1) Graecos vertere ἄγρωστιν, & videri adeo in libris suis reperisse *verbenam*, quod Grammatici velut *herbenam* dici volunt, notat Leunclav. *Notator.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1510.

(2) Citat hunc locum quoque Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1409.

(3) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Recte: nam propter difficilem separationem seges habetur pro *corrupta.* Vid. seq. §. 20. *h. l.* add. Suarez. *loc. laud.* II. 3. *Sect.* 4. §. 3. *seq. p.* 127. Minus bene Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18. Vs. *Est & aliud* &c. intelligit actionem in factum *Praetoriam.*

(4) *Eam*, scil. *actionem*, quae vox latet sub verbis praecedentibus *in factum agere.* Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 93. add. notata superius ad *L.* 1. *pr. de pactis*, *not.* 2.

§. 15.

Qui vinum spurcavit,] *Aqua.* Vid. D. Goth. *in not.* (1) quale hodie in Germania graviter puniri dicunt. Vid. Stryck. *de Jur. Sens. p.* 361. ubi & de aliis corruptoribus.

(1)

(1) Add. Mornac. *ad h. l.* & Nic. Catharin. *Obs. & Conject.* IV. 40. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 797. Aliter Cujac. *Obs.* XXVII. 25. quem sequitur Suarez. *d. loc.* II. 3. *Sect.* 4. §. 7. *seqq. p.* 128. Sequitur in lege: *vel effudit.* Hal. in margine: *alias, confudit.* Sed diserte Graecos habere ἐκχύσας, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Effusum* in seqq. Legis verbis quoque repetitur. Pro *continetur* Hal. & H. a Porta habent *contineatur.* Flor. antiqua manu *n* superscripta est, ut fieret *continentur,* & ita Vulg. Vid. Brencm. *d. loc.*

§. 16.

Sed non esse novum, ut Lex, &c.] Vid. Mornac. *ad h. l.*

§. 17.

Aquilia enim eas ruptiones, quae damna dant, persequitur.] Pithoeus, *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 4. *not.* 14. censet, haec non esse Ulpiani (1).

(1) Et reponendum putat: *eas duntaxat ruptiones,* &c. Hoc posterius tamen non opus. Pari modo in *L.* 3. §. 3. *de SCto Macedon.* scriptum est: *nam pecuniae datio perniciosa parentibus eorum visa est,* id est, *nam sola pecuniae datio* &c. *Solum, tantum,* cet. saepius omitti, docet Duker. *ad Flor.* II. 2. 20. add. Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 1. §. 15. *p.* 15. Pro *vel pugnis cecidit* Hal. habet *ceciderit.* Non opus: pari modo in *L.* 26. *h. t.* ad quam vid. notata. In *Collat. LL. Mos. & Rom. d. loc.* legitur *cedit,* pro quo Schulting. scribi vult *cecidit:* sed *cedit* defendit Vonck. *Spec. Critic. in Varios Auctor. p.* 36. Imo Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Collat. p.* 190. ipsum Ulpianum hic quoque *cedit* scripsisse credit, sed Tribonianum perspicuitatis caussa *cecidit* reposuisse. add. de hoc §. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 15. & Suarez. *loc. laud.* II. 3. *p.* 117. *seq.* Quem etiam vid. de seq. §. 18. *ibid.* II. 3. *Sect.* 4. §. 2. *seqq. p.* 127. — De voce mi-

milium in seq. §. 19. vid. Heinecc. *ad Brisson. de de Verb. Signif.* in voce.

§. 20.

Si quis frumento arenam (1) &c.] Sic Basilic. [*Tom.* VII. *p.* 53.] τοῦ ψάμμου.

(1) Flor. *harenam.* Vid. Brisson. *Parerg.* §. 42. *Oper. Minor. p.* 396. Sed legendum *havenam*, ut praec. §. 14., contendit D. Schaghen. *Diss. de Re Frumentar. Cap.* 2. §. 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 147. add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* II. 3. *Sect.* 4. §. 5. *p.* 128. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18.

§. 21.

Quod si ad aliquem pervenerunt, ope consilio furtum factum *agendum:*] Sabinus putavit, furtum etiam opera sola posse fieri. Merill. *Obs.* II. 39. (1) An haec separata actio? negat Merill. *d. loc.*

(1) Dixi hac de re ad *L.* 53. §. 2. *de verb. signific.* add. de hoc §. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18. — In seq. §. 22. pro *Aquilia teneri* Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 11. ope geminationis legit *Aquilia te teneri*, & in verbis *quasi rupto* subaudiendum dicit *aliquo.* Vulg. habet *teneri quasi de rupto*, & sic etiam Mss. Hal. *teneri quasi ruperit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Vulgatam praefert. *Ejecerit*, scil. foetum, id est, abortum fecerit, seu immaturum partum ejecerit. Vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 132. ubi hunc §. explicuit. add. Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 1. §. 14. *seqq. p.* 166. — In seq. §. 23. pro *mulum* Graecos habere μοῦλαν, notat Leunclav. *Notator.* II. 32. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1510. Eandem fere facti speciem proponi in *L.* 30. §. 2. *loc. cond.* observat Suarez. *loc. modo cit.* §. 18. Quem etiam vid. *ibid.* §. 17. de seq. §. 24. ubi pro *venaliciarum mercium* Al. habere *vena-*

nalium Hal. in margine notat. Pro *Vivianus* Vulg. habet *Julianus*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Male. Saepius hic JCtus ab aliis laudatur. Vid. Heinecc. *Hist. Jur.* I. 4. §. 263. & vid. de eo Alb. Gentil. *Lect. & Epist.* III. 4. citatum a Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 31.

§. 25.

Si olivam immaturam decerpserit, &c.] Vid. Noodt. *de Usufruct.* I. 5. (1).

Nulla enim injuria est, cum tibi etiam impensas donaverit, quae in collectionem hujusmodi fructuum impenduntur.] Vid. omnino Plin. *Hist. Nat.* XV. 3. Non agitur hic de malae fidei possessore, & an is impensas donare praesumatur. Cujac. *Obs.* X. 1. (2).

(1) Et *ad L. Aquil. Cap.* 17. Pauca ad *h.* §. notavit Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1409. *seq.* Pro *vineas crudas* Hal. H. a Porta, & Mss. habent *uvas crudas*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui observat *vineas* hic pro *uvis* poni, & Graecos quoque habere ἄμπελον: qui praeterea *τὰ ut effunderentur*, in fin. *h.* §. vertunt καὶ διεῤῥάγησαν, *& disruptae fuerint.*

(2) Add. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 15. Egit de hoc §. ut & de seq. §. 26. *&* 27. quoque Suarez. *loc. laud.* II. 3. *Sect.* 5. *p.* 128. *seq.* Pro *immatura*, & *matura*, in d. §. 26., Hal. habet *immaturam*, & *maturam*, & Flor. quoque recentiore manu *immaturam* factum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui priorem Flor. scripturam tuetur, verba haec accipiens pro neutris pluralibus. Haloandrinam tamen aeque bonum sensum fundere, notat *ibid.* Gebauer.

§. 28.

Si puerum quis castraverit, & pretiosiorem fecerit,] Vid. Torrent. *ad Sueton. in Domitian. Cap.* 7. Dion. Chry-

Chrysost. *Orat.* XXI. *p.* 270. Quinctil. *Declam.* 340. *in fin.* & *Instit. Orator.* V. 12. *p.* 406. [edit. Burman. *p.* 456.] (1).

(1) Add. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* IV. 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 794. secundum quem melius forte legeretur, *ut pretiosiorem faceret:* & sic etiam Jo. Mercer. *Opinion. & Obs.* I. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1584. Vid. & de hoc §. Jan. a Costa, *Prael. ad illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 67. Suarez. *loc. cit.* II. 3, *Sect.* 6. *p.* 130. *seq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 15. in fin. Pro *Vivianus* Vulg. habet *Julianus*, ut praec. §. 24. ubi vid. notata: & verbis *aut in quadruplum* vulgo addunt *ex Lege* XII. *Tabularum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. aut ea XII. Tabulis tribuunt. Vid. Mercer. *d. loc.* Sed delendam esse particulam *aut*, & legendum *aut ex Edicto Ædilium in quadruplum* docet Cujac. *in Paratitl. ad tit. Pand. de Ædil. Edict.* in fin. & Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 23. qui Dissertationem ad hunc §. conscripsit. Steinfurt. 1710. Vid. Saxii *Onomastic. Literar. Part.* VI. *p.* 153.

§. 29.

Si calicem diatretum *faciendum dedisti*,] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inst. h. t.* (1) Salmasius, *ad Vopisc. in Saturnin. Cap.* 8. *p.* 729. *seq.* exponit: *id est, si quis calicem vitreum perforandum cavandumve dederit* (2).

(1) Et *in Prael. ad Illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 69.

(2) Sic etiam Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. circa fin. & Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *calix.* Alias aliorum sententias recenset Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 12. *p.* 115. *seqq.* ubi hunc §. explicuit.

§. 30.

§. 30.

Si cum maritus uxori margaritas extricatas (1) *dedisset* in usu,] Basil. εἰς χρῆσιν (2).

Teneri eam Lege Aquilia,] Et *directa actione*, quod tandem concedit Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 82. *Error.* 1. ubi & Faber valde tricatur.

(1) *Attritas* legit Leonin. *Emendat.* V. 10. §. 1. Basil. habent ἀτρήτους, eamque vocem recipiendam censet Leunclav. *Notator.* II. 32. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1510. legens *margaritas atretas*, id est, non perforatas. Alii aliter. Vid. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 15. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 57. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 4. *p.* 216. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 704. *not.* 35. *p.* 381. Egit de hoc §. quoque Suarez. *d. loc.* II. 3. *Sect.* 3. *p.* 124. *seqq.*

(2) Etiam Hal. & Vulg. *in usum.* Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3. *seq.* — De seq. §. 31. vid. Suarez. *loc. laud.* II. 2. *Sect.* 11. *p.* 114. *seq.* Τὰ *vel refregerit* interpretationem esse videri, quae jam in antiquum Codicem, ex quo Florentinus descriptus est, irrepsit, censet Brencm *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vulg. haec omittit. Hal. praecedens *confregerit*, legens *fores refregerit*, *aut ipsum* &c. & pro *diruit* habet *diruerit*. Sed hoc posterius non opus. Vid. notata superius ad §. 17. *h. l.* — De constructione τοῦ *licet* cum Indicativo, cujus exemplum quoque exstat in seq. §. 32., supra jam dixi ad *L.* 31. *de Legib. not.* 2. in fin. Vid. de hoc §. quoque Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 10. §. 5. *p.* 112. & Pothier. *in not. ad h. l.* — Pro *plostro*, & *plostrarium* in seq. §. 33. Vulg. habet *plaustro*, & *plaustrarium*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed utraque forma scribitur. *Plaustro* etiam Flor. scriptum legitur in *L.* 1. §. 9. *si quadr. paup. fec. dic. Plaustra* quaenam vehicula sint, docet Conrad. *Parerg. p.* 408. *Plaustrarius* est, qui plaustrum ducit. Vid. Brisson. *de Verb. Signif.* in voc. add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* III. 6. *Sect.* 2. §. 16. *p.* 162.

§. 34.

Si quis servum conductum &c.] *Conductum habens*, in Corp. Jur. Gloss. (1) Basil. μισθωσάμενος.

(1) Sic quoque edidit Hal. & hoc supplementum agnoscunt fere omnes Codices. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui tamen vocem *habens* mavult subaudire. Pro *alligaverit de loro* Hal. habet *alligaverit loro*, & pro *competere etiam Aquiliae* in fin. Legis *competere actionem Aquiliae.* Sed pari modo in *L.* 29. §. 4. *h. t.* dicitur *Aquiliae sufficere*, ubi vid. notata. add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* III. 6. *Sect.* 2. §. 12. *p.* 161.

§. 35.

Item si tectori *locaveris laccum* &c.] *Tectoni*, Pratej. *Jurispr. Med.* IV. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 580.] Male. (1) add. Cujac. *Obs.* X. 9. (2). Pancirol. *Thes. Var. Lection.* I. 61. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1033.] Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 16.

(1) Vid. Suarez. *d. loc.* III. 6. *Sect.* 2. §. 13. *seqq.* *p.* 161. *seq.*

(2) Ubi notat Budaeum, qui *victori* substituit, ut legit quoque Hal. Vid. Leunclav. *Notator.* II. 32. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1511. *Tectori* quoque retinent Jan. a Costa, *Prael. ad illustr. quosd. titt. locaq. sel. Jur. Civ. p.* 68. Nic. Catharin. *Obs. & Conj.* III. 40. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 789. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18. circa fin. Bynkershoek. *Obs.* VIII. 4. *pr.* Pro *laccum* Hal. edidit *lacum.* Sed JCtum *laccum* scripsisse, more Graecorum, censet Catharin. *loc. modo cit.* De quo vid. & Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 70. *p.* 346. edit. a. 1709. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *lacus*, *num.* 2. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 4. *p.* 216. Bynkersh. *d. loc.* Burmannum recte *laccum* exposuisse dicit, nisi quis *saccum* praeferat; ip-

ipse tamen monet, alienum tunc fore *tectorum* officium. Pro *curandum*, quod ab ordinario Corrigente in margine archetypi repositum est, antea erat *secundum*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui propterea rescribere mavult *tegundum*, id est, tegendum, quod *tectori* proprium. Pro *pertudit* Hal. habet *pertuderit*. Sed simili modo scriptum quoque in §. 30. & 17. *h. l.* ubi vid. notata.

L. XXVIII.

Qui foveas ursorum cervorumque capiendorum caussa faciunt,] Phaedr. *Lib.* III. *Fab.* 2. (1).

Eoque aliquid decidit,] Exod. XXI. 33.

At si in aliis locis, ubi fieri solent, fecerunt, nihil tenentur.] Distincte *L. Wisigoth.* VIII. 4. 33. & per varios casus. Vid. & *L. Saxonic.* II. 3.

(1) De hoc more venandi quaedam notavit Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. *in fin.* & Schroder. *Obs.* III. 4. *p.* 217. ibiq. citt. Drakenborch. & Otto. add. de hac Lege Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 1. §. 12. *seq. p.* 165. *seq.* Pro *poterit* in fin. Legis Hal. & Vulg. habent *potuerit*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXIX.

Quemadmodum si laqueos &c.] *L. Anglor. tit.* 17. 2.

§. 1.

Rescripsit, jure suo posse eum intercidere:] Nonnulli volunt, id debere fieri in continenti. Mev. *ad Jus Lubec. Part.* III. *tit.* 12. *art.* 3. *num.* 3. quod non dicitur hic: plures *ibid.* sunt exceptiones, rationi Juris vix congruae.

Interest enim, quod hic in suo protexit,] Facit huc *L.* 22. §. 4. *quod vi aut clam.* (1).

(1) Add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 10. §. 1. *seqq.*

seqq. p. 112. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. Vs. *Simile exemplum* &c. Bynkersh. *Obs.* IV. 16. *pr.* Pro *recisis a te meis tignis* Hal. habet *resciffis a te* &c.

§. 2.

Navem immittendo,] Quovis modo.

Aut servaculum (1) *ad navem ducendo*,] Bynkersh. *Obs.* IV. 16. Sed valde fluctuat. *Lenunculum* legit Pratej. *Jurispr. Med.* IV. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 580.] Male.

Sed si fune rupto &c.] *Sed etsi* &c. Fab. *Conj.* V. 17. Vid. D. Goth. *in not.* Improbatus ab Huber. *Eun. Rom. p.* 413. *seq.*

Aut, cum *a nullo regeretur navis*, *incurrisset*,] *Ut cum* &c. mallet Bynkersh. *Obs.* IV. 16. qui ibi longius exspatiatur.

Cum domino *agendum non esse.*] De nautis hic esse quaestio nequit, qui non adfuere. Facit huc *L.* 52. §. 2. *h. t.* Negationem delet Ant. Fab. *Conj.* V. 17. [& *in Ration. ad h. l.*] Diss. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. (2).

(1) Cujac. *Obs.* IX. 10. & XIV. 13. legit *serraculum*; non improbante Bynkershoek. *loc. cit.* quamvis, cur Cujacius *serraculum* interpretetur *contum*, rationem non videat. Idem jam observaverat Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 1. §. 5. *seqq. p.* 165. *Serraculum* legit quoque Leunclav. *Notator.* II. 32. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1511. Leonin. *Emendat.* V. 10. §. 1. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *servaculum.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18 *in fin.*, ubi speciem hujus Legis proposuit, ait, Pand. Flor. *servaculum* habere, probante Cujacio, cum alii legant *servaculum*: & Flor. esse *servaculum*, & *serraculum*, notat Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 394. ubi plura de hac voce. Scil. initio Flor. *seruaculum* fuit, sed *u* antiquitus deleta est, &

& *r* superscripta. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. ubi etiam alias lectiones recenset, & Mss. quoque in hac voce variare docet. Ipse autem conjicit, *τὸ servaculum* forte esse inter Nautica ἅπαξ λεγόμενον, & significare funem majorem, forte, a quo anchora ligata est; sed tunc legendum dicit *servaculum ab nave ducendo*, quemadmodum nonnullos veteres Libros habere, notat Bynkersh. *loc. cit.*

(2) A. Fabro etiam dissentiunt Suarez. Huber. Bynkershoek. *locc. citt.* item Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 3. & Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Violent. emendat. in Jure Civil. non admittend. Cap.* 3. *p.* 96. *seq.* Quid moribus nostris hac in re placeat, late disquirit Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 15. add. Clar. van der Keessel, *Thes. Sel. Jur. Holland. & Zeland. Thes.* 812. *seqq.*

§. 3.

Si cum vi ventorum navis impulsa esset in funes anchorarum alterius, & nautae funes praecidissent,] Bynkersh. *Obs.* IV. 17. legit: *in funes anchorarum alterius nautae, & funes praecidisset.* De quo cogitandum (1).

Non piscium, qui ideo capti non sunt,] Facit huc *L.* 21. §. 3. *de action. emt. vend.* (2).

(1) Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, se aliquot Mss. inspexisse, sed nullum a Flor. dissentire. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 17. *p.* 428. legit *naviae funes praecidisset.* Sed nulla emendatione opus esse, docet Adr. Nic. Mollerus, *Diss. Select. quaed. continent. Cap.* 3. §. 1. *seqq.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 126. *seqq.* Speciem hujus §. proponit Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19.

(2) De hac posteriore hujus §. parte vid. Suarez. *loc. cit.* II. 4. §. 16. *seqq. p.* 133. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 21. Quaedam quoque habet Gabr. Vallius, *ad L. unic. Cod. de sent. quae pro eo quod int.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 433. Pro *idemque Labeo &*

& Proculus — aestimarunt Hal. & Vulg. habent *existimarunt*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Saepe hae voces permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 10. *de stat. homin. not.* 3.

§. 4.

Aut in ducatorem (1) *actionem competere* &c.] Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 17. (2).

Sed si tanta vis navi facta sit, &c.] Facit huc §. 3. *h. l.*

(1) Hal. & Vulg. *ductorem*, & sic quoque edidit Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 21.

(2) Qui vocem *ducatorem* defendit. add. Suarez. *d. loc.* III. 6. *Sect.* 3. §. 2. *seq. p.* 162. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 335. Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 5. §. 5. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1659. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 104. *p.* 164. Nec dissentit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quamvis addat, potuisse quoque *ducator* ex voce praecedente *gubernator* oriri. Pro *puto Aquiliae sufficere* Vulg. habet *Aquiliam*. Sed pari modo *competere Aquiliae*, scil. actionem, dicitur in praec. *L.* 27. §. 34.

§. 6.

Hac actione] Haec verba ad finem praec. §. pertinere, putat Bynkersh. *Obs.* IV. 18. Abessent rectius (1).

De omnibus animalibus laesis,] *Laesis occisisque* e Mss. Bynkersh. *d. loc.* recte (2).

(1) Absunt apud Hal. Sed Jo. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 13. *p.* 180. hic continuari putat interpretationem Capitis tertii Legis Aquiliae, quae §. 5. ob affinitatem quaestionis erat abrupta.

(2) Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vulg. *laesis & occisis*. Hal. *laesis & quae pecudes* &c. Pro *puta ut de cane* &c. Steph. Hal. H. a Porta,

Bau-

Baudoz. habent *ut puta de cane* &c. Imo Flor. quoque jam olim lineolis impositis haec verba transposita fuerunt. Vid. Brencm. *d. loc.* Ad vocem *avibus* Hal. in margine notat: *alias*, *apibus*. Sed error inde natus est, quod Flor. est *abibus*, & literam *b* acceperunt pro *p*, cum accipere debuissent pro *v*. Vid. Brencm. *d. loc.*

§. 7.

Magistratus Municipales, si damnum injuria dederint, posse Aquilia teneri.] De moribus Huber. *Eun. Rom. p.* 415.

Dum putat se ex Lege *capere pignus*,] *Speciali*, ut post alios Wissenbach. *in Disp. ad Pand. tit. de Jurisdict.* §. 26. non aliter. Diss. Sutholt. *de Jurisdict. num.* 253. Vid. & Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 3. *&* I. 44. (1).

(1) An pignoris capio Magistratibus Municipalibus concessa sit, late disquirit Otto, *de Ædilib. Colon. & Munic. Cap.* 13. *p.* 462. *seqq.* Pluribus de potestate Mag. Municipalium, occasione hujus §., disputat quoque Suarez. *d. loc.* I. 2. *Sect.* 5. *p.* 24. *seqq.* Vid. & de hoc §. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 6. In verbis *et ille se suspenderit* vox *et* suspecta visa est Taurellio, sed eam tuetur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Abest quidem a Vulg. & Hal. sed in praecedentibus *si* inserunt, legentes *nam & si cum pignori* &c. — Ad seq. §. 8. vid. Suarez. *d. loc.* II. 4. *p.* 132. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap. ult.*

L. XXX. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict.* De *pr.* vid. & Suarez. *d. loc.* I. 2. *Sect.* 4. *p.* 23.

§. 1.

§. 1.

Aut quod litem tempore amisit,] Vid. *L.* 2. *Cod. de Juit. pign.* (1).

(1) Add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* I. 5. *Sect.* 4. §. 16. *seqq. p.* 68. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 11. in fin. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 704. *p.* 373. *seq.*

§. 2.

Non videtur damnum injuria dare:] Quia in eos usus rem consumsit, ad quos natura eam produxit. Gloss. *h.* (1).

(1) Add. Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 2. §. 8. *p.* 169. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 15. Vs. *Igitur si quis* &c.

§. 3.

Ideoque si quis in stipulam suam, vel spinam, &c.] Exod. XXII. 6. (1).

Nam & qui occasionem praestat, damnum fecisse videtur.] (2). Cyriac. *Controv.* 688. *num.* 62. *seqq.* ubi & limitationes, & *num.* 84.

(1) Locum hunc citat quoque Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1410. & Henr. Stephan. *in Jur. Civ. Fontib. & Rivis*, in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 35.

(2) Ad edit. in 4to. adjecit: „ non tamen dicit, quod teneatur *actione directa*, quod aliunde videndum. " Add. de hoc §. Suarez. *d. loc.* II. 2. §. 31. *seqq. p.* 87. *seq.* & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. Vs. *Aliud exemplum* &c.

§. 4.

Si vulneratus fuerit servus &c. (1)] Cyriac. *Controv.* 394.

(1) Additur: *de vulnerato actio erit.* Adeoque ex *tertio* Capite. Pothier. *in not. ad h. l.* — Sequentem Legem 31. explicuit Franc. Balduin. *in Jurispr. Mucian.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 548. *seq.* Pro *culpam autem esse, quod cum a diligente provideri poterit, non esset provisum* Hal. habet *cum quod diligenter provideri potuerit*, &c. Vid. de his verbis quoque Suarez. *d. loc.* III. 6. §. 8. *seqq. p.* 159. In verbis *cum periculum evitari non possit* Graecos τὸ *periculum* vertere θάνατον, *mortem*, notat Leunclav. *Notator.* II. 33. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1511. Bynkersh. *Obs.* I. 13. ex hac praecipue Lege colligit, in *Cap.* 2. Legis Aquiliae de *dejectis & effusis* esse actum.

L. XXXII.

Cum enim circa furti actionem haec ratio sit, ne ex una delicto &c.] Non sola. *L.* 9. *de Jurisdict.* (1).

Veluti si culpa, & non dolo, damnum daretur.] Nihil obstat *L.* 11. §. 2. *h. t.* in quibus laborat, & nugatur Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 502.]

(1) Ad quam Legem vid. notata.

§. 1.

Duo enim sunt delicta.] Aliud in *L.* 47. *h. t.* (1).

(1) Add. Suarez. *loc. laud.* III. 2. *Sect.* 1. §. 11. *seqq. p.* 150. & Voet. *ad h. t. Pand.* §. 7.

L. XXXIII.

Aut erogare cogimur.] *L.* 27. §. 17. *h. t.* (1).

(1) Praecedit in Lege: *quem tu magno emptum velles.* ubi Vulg. inserit *pretio.* Sed Vid. Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1410. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 12. in fin. De locutione

pre-

pretia rerum — fungi vid. Jac. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 19. *not. a. p.* 184. *seq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 702. *not.* 18. *p.* 345. add. de hac Lege Suarez. *d. loc.* I. 3. *Sect.* 4. *p.* 43. *seqq.* quem etiam vid. *ibid.* III. 7. §. 3. *p.* 163. de seq. §. 1. ubi *non tenentur* pro *non continentur* accipit Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXXIV.

Deliberante Sejo,] Flor. *liberante Sejo* (1).

(1) *Deliberante* Hal. & omnia MSS., quae vidit Brencm., qui ipse mavult *librante*, quod facit, qui deliberat. *Liberante* pro *deliberante* scriptum esse, censet Gul. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121. ubi plura adfert exempla deminuti, auctive dictionum principii, aut extremi. add. de hac Lege, & seq. *L.* 35. & 36. *pr.* Suarez. *d. loc.* I. 5. *Sect.* 1. §. 15. *seqq. p.* 59. *seq.*

L. XXXVI.

§. 1.

Quod si ex parte eum dominus heredem cum libertate esse jusserit, coheres ejus, mortuo eo, aget Lege Aquilia.] Vid. Cujac. *Obs.* XXVII. 10. (1).

(1) Quem laudat quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Cujacio obloquitur Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 4. §. 2. *seqq. p.* 51. *seq.* ubi de hoc §. egit. Verba *exstiterit heres, non habebit Maevius* in Cod. Flor. desunt, sed lacunam hanc ita supplevit Taurell., habentque hoc supplementum novem Codd. scripti. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Habet etiam illud Hal. & alii.

L. XXXVII.

Actio Legis Aquiliae cum eo est, qui jussit, si modo jus im-

imperandi habuit (1):] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 157. *de reg. Jur.*

(1) Loco *habuit* Hal. hic & paulo post edidit *adfuit.* Fontem variantis Haloandrinae indicat Gebauer. *ad h. l.* Porro in praecedentibus Legis verbis pro *manu injuriam* Hal. & Vulg. habent *damnum injuria.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quod probat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 7. Sed Brencm. *d. loc.* notat, *manu* idem esse ac *vi*, & Hal. quoque in margine notare: *alias, manu injuriam.* Graecum Interpretem Legem hanc bene exaudire de Officiali, qui jussu Magistratus damnum dedit, monet Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 8. §. 14. *p.* 110.

§. 1.

Quanti actoris interest noxae potius (1) *deditione defungi, quam litis aestimatione* (2).] Vid. tamen & aliud remedium *L.* 1. §. 16. *si quadr. paup. fec. dic.*

(1) *Noxae potius* POTUISSE *deditione* &c. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 7. *putans τὸ potuisse* excidisse ob similitudinem vocis *potius.*

(2) Vulg. *aestimationem praestare.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & in initio hujus §. pro *cujus nomine actio esset cum domino* Hal. habet *actio constituta esset* &c. Accipiendam hanc Legem esse de quadrupede occisa post acceptum judicium cum domino, docet Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 2. §. 10. *seqq. p.* 48. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXXVIII.

Placuit, omni modo me tecum recte Lege Aquilia experiri.] *Noxaliter* scil.

L. XXXIX. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Franc. Balduin. *in Jurispr. Mucian.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 546. *seq.*

seq. & Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 366. *seq.* add. Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 1. §. 15. *p.* 166. De verbo *ejicere* vid. notata superius ad *L.* 27. §. 22. *h. t.* & de voce *praegnas* vid. ad *L.* 5. §. 3. *de stat. homin. not.* 1. Pro *in iciendo* Brencm *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. legit *in eiciendo.* Vulg. *in ejiciendo.* Hal. demta praepositione *ejiciendo.*

§. 1. (1).

Itaque qui pecus alienum in (2) *agro suo deprehenderit, non jure id includit:*] Aliter L. Wisigoth. VIII. 3. 13. & 15. & VIII. 5. 4. L. Burgund. *Tit.* XXIII. & XLIX. L. Bajuw. *Tit.* XIII. *Cap.* 12. (3).

(1) In Vulg. hic incipit *L. Quamvis.* teste Contio. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Ad verba *sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset* quaedam quoque notavit Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1410. *seq.* Hal. legit *sic tamen illud* &c. In praecedentibus Legis verbis *deprehendisset* Flor. initio fuisse, sed expunctas antique esse *sset*, & priorem *s* in *t* reformatam, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. cui error natus videtur ex sequente *deprehendisset.* Hal. habet *deprehendit.* Vulg. *deprehenderit.*

(2) Ita Hal. & Vulg. & Mss. quoque, sed Flor. est *&* *agro suo* &c. Vid. Brencm. *d. loc.*

(3) Add. Schulting *Thes. Controv. Dec.* 24. §. 6. & Voet. *ad tit. Pand. si quadr. paup. fec. dic.* §. 3. ibiq. Jo. van der Linden, *in Adnotation.* qui etiam alios citat. add. Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermogen. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 92.

L. XL.

PAULUS *Lib.* XIII. *ad Edictum.*] Lege *Lib.* III. (1).

(1) Est vitium typographicum. Pertinere hanc Legem ad Edictum Praetoris *de edendo*, observat Cujac. *ad*

Lib. III. *Paul. ad Edict.* praeter quem hanc Legem quoque explicuit Tuffan. De La Rue, *Amoen. Jur. Obs. Dec.* II. *Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1505. *seq.* Speciem Legis proponit etiam Suarez. *d. loc.* II. 4. §. 23. *p.* 133. Variantes lectiones notavit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XLI.

Quemadmodum enim inquit aestimatio inibitur (1)?] Simile *L.* 24. *h. t.*

Ego apud eum notavi,] Ulpianus in Marcellum notas scripsit (2).

Utilius est, in factum (3) *& injuriarum* (4) *agi*,] *In factum*, cum deletae sint. Facit huc *L. seq.*

(1) D. Goth. notat: „ Antea male legebatur hic *inhibetur.*" Sic nempe legit Accursius, & eo modo etiam pessime repositum Flor. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* 2. *Cap.* 4. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 97.

(3) Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 16. ubi hanc Legem explicuit, legit: *utilius est furti & injuriarum agi.* Sed Noodtio contradixit Jo. van de Water, *Obs.* I. 20. qui integram postremam hujus Legis partem a verbis: *Ibidem Marcellus* &c. Marcello vindicat. De loci interpretatione cum Watero consentit Tydeman. *d. loc. not.* 1. sed verba: *sed & si quis tabulas* &c. Ulpiano adjudicanda censet. Noodtio contradixit quoque Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 8. Egit de hac Lege etiam Suarez. *loc. laud.* II. 4. §. 7. *seq.* & §. 13. *seq. p.* 132. & 133.

(4) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 7. *not.* 54. — Ad seq. §. 1. vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de oblig. quae ex del. p.* 473. Ad ultima verba *cum facto enim* &c. quaedam notavit quoque Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1411. add. Pith. *ad Quinctil. Instit. Orator.* VII. 4. *p.* 632. edit. Burman.

L. XLII.

Depositi actione,] *L.* 1. §. 38. *deposit.*

Legis quoque Aquiliae actio ex eadem caussa competit :] *L.* 16. §. 5. *fam. ercisc.* (1).

(1) Sequitur in Lege: *corrupisse enim tabulas* &c. Ubi legendum *rupisse*, notat Cujac. *ad Lib.* XLVIII. *Julian. Dig. in expl. h. l.* add. de hac Lege notata superius ad *L.* 35. *de dol. mal.* — De seq. *L.* 43. vid. Suarez. *loc. laud. Apparat. Cap.* 2. §. 61. *p.* 13. In fine Legis pro *puto, eadem dici posse etiam de hac actione,* &c. Hal. & Vulg. habent *de actione* &c. probante Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui τὸ *hac* natum putat ex initialibus literis vocis sequentis *actione.* — Additur in seq. *L.* 44. *pr. In Lege Aquilia & levissima culpa venit.* Vid. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 3. & *Cap.* 19. Minus bene nonnulli appellatione *culpae levissimae* Ulpianum hic *levem culpam* intelligere putant, uti Chesius, *Interpr. Jur.* I. 45. §. 21. *seq.* in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 229. Sed. vid. Suarez. *d. loc.* III. 6. *p.* 158. *seq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de pactis,* §. 324. *a. not.* 58. *p.* 343. *seq.* ubi etiam alios citat, & *hoc tit.* §. 699. *p.* 310. Unicum hunc locum esse in jure, ubi *culpae levissimae* expressa fit mentio, notavi ad *L.* 23. *de reg. Jur.* — Ad seq. §. 1. & *L.* 45. *pr.* vid. Suarez. *loc. cit.* I. 3. §. 10. *seq. p.* 38.

L. XLV. (1).

(1) Ad §. 2. hujus Legis vid. Suarez. *d. loc.* II. 2. *Sect.* 3. §. 29. *p.* 119.

§. 3.

Cum (1) *stramenta ardentia transilirent* &c.] Quod quotannis in *Palilibus* (2) faciebant pastores. Ovid. *Fastor.* IV. *vs.* 727. 781. Vid. & Scholiast. Persii, *ad Satyr.*

tyr. I. *vſ.* 71. ibiq. Caſaubon. Meminit Tibull. *Lib.* II. *Eleg.* 5. Similia apud Plin. *Hiſtor. Nat.* VII. 2. Mornac. *ad h. l.* late. Origo apud Dion. Halicarnaſſ. *Antiq. Lib.* I. *p.* 75. Similia alibi. Vid. Glyc. *Annal. p.* 192. *fin.*

(1) H. a Porta, *ſi cum ſtramenta ardentia transferrent, duo concurrerint, amboque ceciderint.* Vid. D. Goth. *in not.* Sic jam Hal. Add. de hac Lege Suarez. *d. loc.* III. 6. *Sect.* 3. *p.* 162. *ſeq.* Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 7. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 24. *Stramenta* Graecos dixiſſe φρύγανα, notat Nerius, *Analector.* II. 11. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 408.

(2) Seu *parilibus.* Vid. Heinſ. *ad Ovid. Faſtor.* IV. *vſ.* 721. add. de hoc more Conſt. Land. *Exercitat.* in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 1438. *ſeq.* Scip. Gentil. *Parerg.* I. 12. in eod. Theſ. *Tom.* IV. *p.* 1285. Cellar. *Antiq. Rom.* I. *Sect.* 3. *Cap.* 14. ibiq. Walch. qui etiam alios citat.

§. 4.

Damni culpam dederint,] Pro *damnum culpa* (1).

(1) Sic quoque *juris proprietate* pro *jure proprietatis* dicitur in *L.* 115. *de verb. ſignif.* & in *L.* 7. §. 5. *de pactis*, *partis emtione* pro *partes emtionis.* Ubi vid. notata. add. H. Cannegiet. *de Veteri Lege Rom. &c. Cap.* 7. in Juriſpr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 107. *ſeq.* Vid. & de hac Lege Suarez. *d. loc.* I. 2. *Sect.* 8. *p.* 35. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 4. qui legit *damnum dederint.* Baudoz. habet *damnum culpa dederint.* Hal. *damnum culpa dederunt*, & ſic quoque *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 700. *not.* 78. *p.* 328. Ad ultima verba, *& hoc, ſi tuendi duntaxat, non etiam ulciſcendi cauſſa, factum ſit*, quaedam notat Scip. Gentil. *Parerg.* I. 34. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1307. *ſeq.* — Ad ſeq. §. 5. vid. Suarez. *d. loc.* II. 3. *Sect.* 5. §. 11. *p.* 129.

L. XLVII.

Ut ex utroque judicio nihil amplius consequatur, &c.] Aliud in casu *L.* 32. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Cujac. *ad Lib.* LXXXVI. *Julian. Dig. in expl. h. l.* Quem etiam vid. de seq. *L.* 48. *ad Lib.* XXXIX. *Paul. ad Edict.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. 7. circa fin. pro *utraque actione* &c. legit *de utraque* (scil. re) *actione* &c. putans, voculam *de* excidisse ob similitudinem vocis praecedentis *det.*

L. XLIX.

Si quis fumo facto apes alienas fugaverit, &c.] Vid. Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* V. *Cap.* 3. Facit huc Quintil. *Declam.* 13. Pufendorff. *de Jure Nat. & Gent.* III. 1. §. 3. sed caute. D. Goth. *in not.* „ Cur fumo? Nam si igne admoto combusserit, directa Aquilia tenebitur." Vid. *L.* 27. §. 12. *h. t.* add. Ant. Fab. *in Ration. ad L.* 7. §. 6. *h. t.*

Et ideo in factum actione tenebitur.] Sub qua continetur *utilis*, si necatae sint (1).

(1) Immo, quamvis necatae non sint, tamen *utilem actionem* locum habere, putant Cujac. *Obs.* XV. 26. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 18. Vid. & Suarez. *d. loc.* III. 7. *Sect.* 1. §. 47. *p.* 168. Diss. Westenberg. *de Causs. Obligat. Diss.* V. *Cap.* 4. §. 34. & *ad h. t. Pand.* §. 40. putans, tunc locum fore *actioni in factum Praetoriae.*

§. 1.

Et sive pervenerit ignis, sive ante exstinctus est, existimat, Legis Aquiliae actionem cessare.] Modo metus justus fuerit: aliter secus. *L.* 7. §. 4. *quod vi aut clam.* Zoes. *ad h. t. Pand. num.* 16. add. Scip. Gentil. *Parerg.*

I.

l. 34. [in Thes. Otton, *Tom.* IV. *p.* 1308.] Vid. & Huber. *Eun. Rom.* *p.* 416. (1).

(1) Et *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 1. qui putat, non quidem, quod ad *actionem L. Aquiliae* attinet, distinguendum esse, an ignis eo usque pervenerit, nec ne, sed tantum, quod ad *interdictum quod vi aut clam.* Sed quominus haec possit admitti conciliatio, facit, quod Ulpianus in *d. L.* 7. §. 4. *quod vi aut clam.* etiam Legis Aquiliae, seu damni injuria, mentionem faciat, & hoc quoque casu idem juris esse dicat. Potius igitur putem, diversas esse harum Legum species, & Legem 49. §. 1. *h. t.* intelligendam de casu, quo proxima domus ardet, & vicinus eam diruit, quando vicinus neque *actione L. Aquiliae*, neque *interdicto quod vi aut clam* tenetur, sive ignis ad aedes diruentis pervenerit, sive antea exstinctus sit: justo enim metu ductus id fecit. Sed *d. Legem* 7. §. 4. *quod vi aut clam* accipiendam putem de casu, quo domus aliqua remotior ardet, & quaeritur, an liceat vicino domum intermediam diruere? qua in quaestione JCtus distinguit, utrum ignis jam eo usque pervenerit, quando diruens non tenetur: an vero ignis usque eo non pervenerit, quando tenetur diruens & *actione L. Aquiliae*, & *interdicto quod vi aut clam.* Paulo aliter Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. Vid. & Suarez. *d. loc.* I. 2. *Sect.* 6. *p.* 28. *seqq.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 2. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 28. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 700. *p.* 330. *seq.* — In seq. *L.* 50. pro *demolit* Hal. & Vulg. omnes habent *demolitur.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Librarios creberrime Literarum *ur* notam omisisse, docet Oudendorp. *ad Sueton. in August. Cap.* 84. *p.* 305. Attamen *demolire parietem* occurrit quoque in *L.* 12. *comm. divid.* & *demolierat eam*, nempe insulam, in *L.* 30. *pr. loc. cond.* add. Brisson. *Parerg.* §. 55. in *Oper. Minor.* *p.* 398. & *de Verb. Signif.* in voc. ibiq. Heinecc. & citatos ab eo auctores. Porro pro *balneas* Vulg. habet *balnea.* Vid. Brencm. *d. loc.* Sed Florentina ae-

aeque recta. Τὸ *praeter* in verbis *praeter naturale jus* Pothier. *in not. ad h. l.* interpretatur *contra*. Denique pro *quod — pertinet* Hal. habet *quo — pertinet*, & pro *actione subicitur*, *actioni subjicietur*.

L. LI.

Occidisse dicitur vulgo quidem, &c.] Minus tamen accurate. Quinct. *Inst. Orator.* VII. 3. *p.* 530. [ed. Burman. *p.* 619.]

Tracta videlicet interpretatione vocis a caedendo, & a caede.] Vid. Festum, voc. *occisum* (1).

Statuendum est, utrumque eorum Lege Aquilia teneri.] Vid. ad *L.* 11. §. 3. *h. t.* (2).

(1) Add. Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1374. & Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 314. *seq.*

(2) Ad quam, ut & ad *L.* 15. §. 1. *h. t.* vid. notata. — De seq. §. 1. vid. citatos superius ad *L.* 11. §. 2. *h. t.*

§. 2.

Unum interim *posuisse* (1) *contentus* ero.] *Interim*, id est, *tantum*. Arnob. *Adv. Gent. Lib.* V. *pr. Ex quibus tam multis, unum* interim *ponam, moderaminis temperamentum secutus.* Senec. *de Clement.* I. 2. *Interim fortuna pro culpa est. L.* 8. *pr. mandat. Ut interim nec melior caussa mandantis fieri possit.* (2) Sed in his duobus locis *interim* pro *interdum* accipitur.

(1) Flor. manu non adeo recente *pro* ante *posuisse* superscriptum est: unde Hal. & Vulg. habent *proposuisse*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. cui tamen illa correctio suspecta est. Vid. ad hanc ultimam Legis partem Cujac. *ad Lib.* LXXXVI. *Julian. Dig. in expl. h. l.* Merill. *Obs.* VI. 34. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10.

(2)

(2) Quae in nota sequuntur, recentiore manu a Schulting. adscripta sunt. Ceterum in initio hujus §. pro *tantum praestabit* quanto *in anno proximo* &c. Hal. & Vulg. habent *quanti*: & pro *trecentum* Hal. *trecentis*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui mavult *terrentum*. Vid. ad haec Legis verba Suarez. *d. loc.* I. 4. *Sect.* 6. *p.* 55. *seqq.* & Noodt, *ad L. Aquil. Cap.* 12.

L. LII.

§. 1.

In quo dolor *inerat*,] Al. *dolon* (1). Vid. D. Goth. *in not.* Cujus etiam meminit Amm. Marcellin. XXX. 1. circa fin.

(1) Ita Hal. & Ruffard. probante Noodt, *ad L. Aquil. Cap.* 19. Vs. *Est & aliud* &c. & sic etiam Legem hanc citat Reinesf. *Var. Lect.* III. 17. *p.* 640. add. Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* IV. 11. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 580. Const. Land. *Exercitat.* in eod. Thes. *ibid. p.* 1411. Donat. *ad Liv.* XXXVI. 45. §. 1. Otton. *in Alfen. Varo*, *Cap.* 5. §. 5. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 1659. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 104. *p.* 164. Marckart, *Probab. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 136. *seq.* ubi tamen ter vitiose exaratum est *dolo* pro *dolon.* H. Cannegiet, *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. p.* 106. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad tit. Pand. si quadr. paup. fec. dic.* §. 5. Eekma, *Diss. de Injuriis*, *p.* 75. Franeq. 1809. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. testatur, Flor. disertissime scriptum esse *dolor*, nullum tamen dubium esse ait, quin *dolon* legi debeat. Dissentit tamen Bilderdyk. *Obs. & Emend. p.* 214. putans verba *in quo dolor inerat* a stupido quodam homine margini adscripta fuisse ex *L.* 5. §. 1. *de injur.* & contextui deinde temere inserta. Sequitur in Lege: *Consulebat*, *num damnum injuria non videntur dedisse* &c. Ubi τὸ *non* apud

Hal. abest. Minus recte. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1434. *pr.* Jauch. *de Negat. Pand. p.* 9. *seq.* & *p.* 92. Marckart. *Probab. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 138. qui tamen addit, parum referre, τὸ *non* deleatur, an retineatur. Puttman. *Interpr.* & *Obs. Cap.* 7. §. 2. *p.* 31. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui praeterea notat, pro *videtur* omnes habere *videretur*, quod ipse quoque praefert. Pari tamen modo in seq. §. 4. *h. l.* Flor. scriptum est: *quaerebatur, an — potest.* & in *L.* 2. §. 2. *h. t. an — continentur, quaeritur.* Ubi priore loco Hal. quoque habet *posset*, & posteriore loco Vulg. *contineantur.*

§. 2.

Ut mulae plostrum retinere non possint,] An legendum *possent?* (1)

Si quis ex manu telum, aut aliud quid immisisset,] Basil. καὶ ὁ ἀπολύων ἐκ τῆς χειρὸς ἀκόντιον ἤτι ἕτερον. Forte legendum *emisisset* (2).

Cum hominibus actionem nullam esse, cum domino mularum esse.] Frustra haec taxat Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 417. (3).

Neque cum domino mularum, neque cum hominibus esse actionem.] Nisi culpa cujusdam appareat, dum nimis oneravit. *L.* 7. §. 2. *h. t.* (4).

(1) Sic quoque Hal. Praecedit in Lege: *prioris plostri muliones conversum plostrum sublevabant.* Flor. erat: *plostrumorisublevabant.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui propterea censet legi posse, *plostrum oris sublevabant*, id est, extremitatibus, seu curvaturis rotarum: Graecis, ἄψεσι. addit tamen, τὸ *oris* etiam ex praecedente *prioris* repeti potuisse: ceterum lituram τοῦ *oris* recentem esse. Sequitur: *interim superius plostrum cessim ire coepit.* De quibus verbis vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 432. & Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 5.

§. 5. *in fin.* in Thes. Jur. *Tom.* V. *p.* 1659. Additur: *Respondi*, in caussa *jus esse positum*, id est, *in facto.* Vid. Otton. *d. loc. Cap.* 8. §. 3. *p.* 1677.

(2) Vid. ad haec verba Suarez. *loc. cit.* III. 7. *Sect.* 1. §. 2. *seq. p.* 165.

(3) Sequitur in Lege: *aut*, *cum coniterentur*, *lapsae concidissent.* Ita Flor. Sed antiquus Corrector illud *coniterentur* mutavit in *continerentur.* Hal. & Vulg. substituunt *conarentur.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed nihil mutandum. *Cum coniterentur* est *dum niterentur adsurgere.* Vid. Duker. *ad Liv.* XXI. 36. *in fin.* Additur: *atque hi*, *quo conversum fuisset*, *onus sustinere nequissent.* Vulg. & H. a Porta habent: *atque id conversum fuisset*, *& onus* &c. Hal. *&*, *quod conversum fuisset*, *onus* &c. Vid. Brencm. *d. loc.* qui τὸ *quo* accipit pro *versus quam partem.*

(4) Add. Hofacker. *Diss. ad Fragm. Alfen. Var. p.* 31. citat. a Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. si quadr. paup. fec. dic.* §. 692. *not.* 27. *p.* 282. — In seq. §. 3. pro *boves* Flor. scriptum est *voves.* Vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 80. Taurell. more suo edidit *Voves.* Pro *respondi*, — *non debere praestare* Hal. edidit *praestari.* Sed retineri potest Florentina subaudiendo *venditorem.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. si quadr. paup. fec. dic. num.* 8.

§. 4.

Cum pila complures luderent, &c.] Petr. Fab. *Agonistic.* I. 6. (1).

(1) Qui ludum intelligit, quem Veteres *harpastum* dixerunt. Vid. & D'Ajal. *Comm. ad L.* 2. *de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 979. Erhard. *ad Petron. Satyric. Cap.* 27. *p.* 96. edit. Burm. a. 1709. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 19. Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 8. §. 5. in eod. Thes. *Tom* V. *p.* 1679. Pro *percipere* Vulg. habet *recipere.* Sed H. a Porta

dicit, in quibusdam vet. exemplar. legi *praecipere*, quod probat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Saepe voces *per* & *prae* commutantur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* IX. 10. §. 7. & X. 13. §. 9. Pro *an — potest* Hal. habet *posset*. Sed vid. notata superius ad §. 1. *h. l.* Egit de hoc §. quoque Suarez. *d. loc.* l. 2. *Sect.* 7. §. 21. *seqq. p.* 33.

L. LIII.

Datur in te, ad exemplum Legis Aquiliae, in factum actio.] *Civilis* scil. vel *utilis* (1).

(1) *Dejicerentur*, id est, *ultro se dejicerent*, Pothier. *in not. ad h. l.* Basil. καὶ ἐκρημνίσθησαν, *& praecipitati sunt*. Hal. habere *ejicerent*, ipsum tamen in margine addere: *alias*, *dejicerentur*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. LIV.

Legis Aquiliae debitori competit actio, &c.] Vid. Cujac. *ad Lib.* XXXVII. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Suarez. *loc. cit.* l. 5. *Sect.* 4. *p.* 67. *seq.* Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 81. putat post τὸ *promissoris* omissam, vel amissam esse voculam *is*. Sed voculam hanc saepius omitti, notissimum est: & si addi hoc loco necesse sit, facile repeti possit ex ultimis literis vocis *promissoris*.

L. LV.

Stichum aut Pamphilum promisi Titio: eum Stichus esset decem milium (1), *Pamphilus viginti*, &c.] Vid. Cujac. *ad Lib.* XXXVII. *Papinian. Quaestion. in expl. Leg. praec.* (2) quem longe praefero Hubero, *Eun. Rom. p.* 418. *seq.*

Respondi, eum viliorem occidisse proponitur, in hunc trac-

tractatum (3) *nihilum differt* &c.] Alias differt, ut in casu *Leg. praec.*

Jam pretium Stichi minuetur, quoniam liberatus est promissor:] *Num pretium* &c. *quoniam liberatus est promissor?* edidit Charond. (4) rectius.

(1) Τὸ *milium* hic & in seqq. Legis verbis jam olim uncis deleticiis inclusum est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. cui illud videtur παρέλκειν, ut etiam Hal. & H. a Porta visum.

(2) Et *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Vid. & Suarez. *loc. cit.* I. 4. *Sect.* 3. *p.* 49. *seq.* & I. 5. *Sect.* 4. §. 37. *seqq. p.* 69.

(3) Pro *in hoc tractatu*, ut saepe. Vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3. *seq.*

(4) Sic etiam Hal. — Sequentem *L.* 56. Schulting. collocavit inter *Tit.* XXIII. & XXIV. *Paul. Sentent.* in *Jurispr. Antejustin. p.* 313. ubi ad verba *pro tenore Legis Aquiliae* observat, pari modo Paulum scripsisse *pro tenore SCti Claudiani*, in *Sent.* II. 21. *a.* §. *ult.* add. Finestr. & de Monzalv. *in Libb. Hermogen. Jur. Epitom. Tom.* I. *p.* 599. — In seq. *L.* 57. pro & *una cum plures* &c. legendum esse & *una complures* &c. censet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Complures* habet quoque Hal. Pro *teque dejecit* G. N. van Zevenhoven, *Diss. de Dubia quarumd. LL. Lectione*, *Cap.* 3. Lugd. Batav. 1740. legit *et equum dejecit*, putans, scriptum olim fuisse *et eqũ*, indeque inversis literis factum esse *teque*, vel legit *eumque dejecit.*

TITULUS III.

DE HIS, QUI EFFUDERINT, VEL DEJECERINT (1).

Facit huc Juven. *Sat.* III. *Vf.* 269. *seqq.* Ad haec Edicta add. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de Oblig. quae quasi ex del.* & Otton. *de Tutel. Viar. Part.* III. *Cap.* 5. (2). Exemplum, ubi dies alicui olim hanc ob caussam dictus est apud populum, vid. apud Gell. *Noct. Attic.* IV. 14.

(1) Hal. & Vulg. *de his, qui dejecerunt, vel effuderunt.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Titulum hunc in Edicto Perpetuo non proxime secutum esse Titulum *ad L. Aquiliam*, docet Heinecc. *in Edict. Perpet. restit. Opusc. Postum. p.* 498.

(2) Item Noodt. *in Comm. ad h. t. Pand.* Heinecc. *loc. modo cit. p.* 532. *seqq.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1.

L. I.

Unde in eum locum, &c.] Non distinguit inter personas: adeoque non negamus, ipsum habitantem dejecisse. Sed non opus est, ut persona designetur, ob *L.* 2. *h. t.* Facit huc *L. unic. furt. adv. naut.* &c. (1).

Dejectum vel effusum] §. 3. *h. l.*

In eum, qui ibi habitaverit,] §. 4. 7. 8. 9. 10. *h. l. L.* 2. 3. 4. 5. *eod.* (2).

Quinquaginta *aureorum judicium dabo.*] In casu *L.* 42. *de Ædil. Edict.* CC. quia ibi negligentia & culpa major,

jor, juxta Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 121. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 420. *seq.*

Nocitumque ei esse dicetur,] §. 6. *h. l.*

Si servus insciente domino fecisse dicetur,] *Dejecisse* scil. Facit huc *L. ult.* §. 4. *naut. caup. stabul.* Non *habitasse*, ut Graeci quidam volunt: de quo casu §. 8. *h. l.*

In Judicio adjiciam (3),] Ad ea, quae dixit.

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 6.

(2) Sequitur in Edicto: *Si eo ictu homo liber* &c. Forte rectius: *si eo jactu* &c. Saepius hae voces in MSS. confunduntur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXVI. 40. §. 10.

(3) Ita Hal. Flor. *adiciam.* Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *de Senator.* Vulg. *addicam.* Saepius haec verba confusa sunt. Vid. Ant. Augustin. *Emendat.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1472. *seqq.* Sequitur: *aut noxam dedere.* Blaublomm. *aut noxae dedere.* Steph. H. a Porta, Baudoz. *aut noxae dedere jubebo.* Hal. *ut noxam dedere liceat.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui recte nihil mutandum censet. *In noxam dedere* dixit Ulpianus in *L.* 1. §. 11. *si quadr. pauper. fec. dic.* ad quam vid. notata.

§. 3.

Edictum tamen locum habere dicendum est.] Noodt. *ad h. t. Pand.* VS. *Porro dejectum* &c. dat *utilem* actionem (1).

(1) Ad seq. §. 4. vid. & Suarez. *ad L. Aquil.* III. 4. §. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 152. Pro *exiget* in fin. §. Hal. & Vulg. habent *exigat.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. §. 5. vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 420. *seq.*

§. 6.

Non pertinent ad damna, quae in rem hominis liberi fac-

facta sunt,] Haec enim in duplum praestanda. Schol. Basil. *Tom.* VII. *p.* 123. (1).

Sed (2) *ea, quae in corpus ejus admittuntur.*] *L.* 5. §. 5. *h. t.*

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Hal. & Vulg. *sed ad ea, quae* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 7.

De peculio in patrem non datur (1),] Καταδικασθέντος δὲ τοῦ ὑιοῦ, δίδοται κατὰ τοῦ πατρὸς ἡ ἰουδικάτι δὲ πεκουλίῳ. *L.* 3. §. 11. *de pecul.* *L.* 35. *de noxal. action.* Schol. Basil. *Tom.* VII. *p.* 123.

(1) Vulgo addunt *actio*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 8.

Utrum noxalis actio sit, quia non est ex negotio gesto:] Simile *L. ult.* §. 1. *de aleator.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Postremus Edicti* &c.

§. 10.

In quemvis (1) *haec actio dabitur:*] Junge *L.* 3. *h. t.*

(1) Si scil. indivisim in eod. coenaculo habitent; aliter, si diviso inter se coenaculo. Vid. *L.* 5. *pr. h. t.* & Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Datur igitur* &c.

L. III.

Ulpianus *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. & 5. *h t.*

Sed, si cum uno fuerit actum, ceteri liberabuntur.] Hic

Hic enim non deliquere omnes, ut in casu *L.* 11. §. 2. *ad L. Aquil.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10. Vid. & Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict. in expl. L.* 4. *h. t.* & Altamiran. *ad Lib.* IV. *Scaevol. Quaest. in expl. L. ult. si fam. furt. fec. dic.* §. 2. & 4. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 432. *seq.*

L. IV.

Vel utili actione] *In factum generali*, Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1). Vid. & *L.* 10. *eit. seq.*

(1) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.*

L. V.

Ulpianus *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 3. *h. t.*

§. 1.

Sed & si hospitaculi *habeat*, &c.] *Hospitalia*, Charond. Ceterum haec & sequens periodus abest a Basil., & expungit quoque Cujac. *Obs.* XXI. 1. & Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Datur igitur* &c. (1) Contra, Leonin. *Emendat.* I. 18. (2).

Residuum locaverit pluribus,] Καὶ οὐκ ἐςὶ δῆλον, πόθεν ἐξεχύθη, Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 125.

(1) Nec dissentit Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. §. 14. *num.* 3. *p.* 41.

(2) Qui delet quidem verba sequentia *sed si quis coenaculi ipse solus aeque tenebitur*, sed priorem periodum retinet, pro *hospitaculi* legens *hospitalia*, vel *hospitacula*. Posteriorem periodum expungit quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Sed priora verba exponit: *id est, si par-*

partem aedium in plura cubicula divisisset, non ut ea locaret, sed ut gratuito hospitibus concederet. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, e voce *hospitaculi* recens factum esse *hospitiola*: Vulgares vero Libros, ut Blaubloмm. Steph. Baudoz., conflata utraque periodo, habere: *sed & si quis hospitalia habeat, solus ipse aeque tenebitur*, vel *aeque solus tenebitur*, ut Hal.; addit, se quindecim hic Mss. contulisse, quorum sex exhibent *hospitiola*, totidem *hospitalia*, duo *hospitacula*, & unus *hospitacilia*: verba autem *sed si quis coenaculi, ipse solus aeque tenebitur*, si non omnia, pleraque saltem spuria esse, & ex erronea repetitione eorum, quae praecedunt, subnata, nullum Codicem dissimulare: sed unum post *habeat* nihil habere, nisi *ipse solus*, alterum *ipse solus tenetur*, reliquos tredecim *ipse solus tenebitur*: quapropter legendum putat: *sed & si hospitia habeat, ipse solus tenebitur*, & *hospitia* accipit de repentinis, in quae viatores ad paucos forte dies divortebant. Praecedit in Lege: *nam si quis coenaculariam exercens* &c. Id est, si quis partem aedium, in quibus ipse habitat, per plura cubicula dividit, quae locat tenuioris fortunae hominibus. Pothier. *in not. ad h. l.* add. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 395. & Alex. ab Alexand. *Genial. Dier.* III. 14. Consuevisse patronos libertis & clientibus, vel suis, vel uxoris, gratuitas habitationes dare, & amicis suis quandoque modica hospitiola distribuere, ex hac Lege colligit Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* II. *p.* 85. De *clientibus* vid. notata superius ad *L.* 1, *seqq. de usu & habitat.*

§. 2.

Quod si ex mediano *coenaculi quid dejectum sit,*] Ἀπὸ τοῦ μέσου, Basil. (1).

(1) Vulg. *ex mediano coenaculo.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Quid sit *exedra*, & *medianum* exponit Budaeus, *in Adnotat. ad Pand. ad h. l.* add. Brisson. *de Verb. Sign.* in voce. De *exedra* vid.

vid. quoque Buchner. *ad Plin. Lib.* X. *Ep.* 72. *p.* 705. quem locum citat Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Datur igitur* &c. *Medianum, un Corridor,* Pothier. *in nôt. ad h. l.*

§. 3.

In factum actioni locus eſt:] Non ex hoc Edicto: hi enim non habitant, Baſil. Schol. *Tom.* VII. *p.* 125. *Lit. m.* quod non videtur verum (1).

(1) *Horrearius* eſt conductor horrei. Vid. Briſſon. *de Verb. Sign.* in voc. Ad verba *vel conductor Apothecae* Hal. in margine notat: *haec verba in nonnullis deſunt.* Sed in omnibus Libris, quos conſuluit, adeſſe, & Baſil. quoque ea habere, teſtatur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 4.

Cum autem Legis Aquiliae actione &c.] *Cum autem in factum actione* &c. legit Noodt. *Probab.* I. 10. (1). *Cum autem hac actione* &c. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* probante Hubero, *Eun. Rom. p.* 421. & ſic jam Cujac. *in not. poſteriorib. ad* §. 1. *Inſt. de oblig. quae quaſi ex del.* qui dicit, hoc jam alios notaſſe: & ſic quoque Leonin. *Emendat.* III. 18.

Merito ei, qui ob hoc, quod hoſpes, vel quis alius de coenaculo dejecit,] *Condemnatus eſt,* addi vult Schol. ad Cod. Mſ. quo uſus Charond. (2). Leonin. *Emend.* III. 18. legit: *cum autem hac actione quis ob hoc, quod hoſpes, vel quis alius de coenaculo dejecit, condemnatus eſt, merito ei in factum actionem dandam eſſe, Labeo ait.*

(1) Et *ad h. t. Pand.* Vſ. *Datur igitur* &c. Vid. & Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 26. §. 7. *Cum autem hac in factum actione* &c. Weſtenberg. *ad h. t. Pand.* §. 10. Florentinam lectionem, quamvis varia ratione, defendunt Bynkersh. *Obſ.* I. 13. Waechtler.

Opuscul. p. 217. *seq.* Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 13. Noodtii conjecturam probabilem dicit Rygerbos. *Obs. Cap.* 3. *p.* 25. quamvis, ut addit, inspici mereantur, quae habet Wielingius. Sed Noodtii truculenta crisi neminem amplius hodie uti, & Wielingii interpretationem rejiciendam videri, ait Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 26. §. 2. *p.* 121, *seq.* qui in Bynkershoekii explicatione acquiescendum putat, donec alius meliora docuerit. Conf. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 3. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. ad L. Aquil.* §. 703. *not.* 85. *p.* 362. *seq.* Waechtlerum sequitur. Septem se Codices hic consuluisse, & nihil reperisse a Flor. diversum, testatur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Nihilominus *τὰ Legis Aquiliae* ego quoque spuria putem: cum Legis Aquiliae actione non condemnetur inhabitans, certe si ipse non dejecit, vel effudit. Forte origine scriptum fuit *cum autem hac actione* &c. Ad quae verba cum quis, nescio quam ob caussam, in margine adscripsisset *Legis Aquiliae*, ea verba deinde contextui temere inserta sunt, & verbum *hac* mox etiam omissum, quod nunc locum suum vix poterat tueri.

(2) *Condemnatus est*, addit quoque Hal. Vulg. habet *dejecerit, damnatus est.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui cum Contio *τὰ condemnatus est* subaudiri mavult. Vid. & Rygerbos. *loc. modo cit.* Res etiam salva est, si *τὸ qui* deleatur. Pro *quod verum est* Flor. initio fuisse *quod veterum est*, forte, literis transpositis, pro *quod & verum est*, notat Brencm. *d. loc.*

§. 5.

Haec autem actio, quae competit de effusis & dejectis, perpetua (1) *est:*] Quia duplo inest res ipsa, Zoes. *ad h. t. Pand. num.* 6. inepte: sic enim idem esset in *actione vi bonorum raptorum*, & aliis: ratio est, in *L.* 1. §. 1. *h. t.* (2).

Vel qui adfinitate cognationeve defunctum contingit.] Po-

Potius, quam heredi extraneo. Schol. Basil. *Tom.* VII. *p.* 126.

Quasi non sit damnum pecuniarium:] *L.* 1. §. 6. *h. t.*

(1) Praeterquam si homo liber periit. Vid. seqq. Legis verba.

(2) Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* quoniam ex parte actoris haec actio reipersecutoria est. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* quoniam forte hoc duplum non tam ut poenam consideraverint, quam ut definitionem ejus, quod interest, quod Juris auctores ad summum duplo aestimant. In verbis *neque* (*in heredem, sed nec heredi, similibusque*) *personis* omnia, quae parenthesi inclusa sunt, in Cod. Flor. deësse, sed MSS. quae vidit, septem hoc supplementum habere, testatur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Verba sequentia *nam est poenalis & popularis* non eo pertinere, ut heredi non detur actio, sed ut in heredem agi non possit, putat Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 10. §. 1. *p.* 410. Sed an non tunc satis fuisset dicere: *nam est poenalis?*

§. 6.

Aut aestimationem dari,] Absunt haec a Flor. (1) Vid. D. Goth. *in not.* & ab edit. Chirond. Recte. Facit huc *L.* 1. *pr. in fin. h. t.*

(1) Nec Basil. de *aestimatione* quicquam habent. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pothier. *in not. ad h. l.* ante verba *aut noxae* &c. supplet *in judicio adjiciam*, ut *L.* 1. *pr. in fin. h. t.* De *suggrundis*, vel *suggruendis*, ut hoc loco Flor. scriptum est, item de *protectis* vid. Budaeum, *in Annotat. ad Pand. ad h. l.* Brisson. *de Verb. Sign.* in voce. Otton. *de Tutel. Viar. Part.* III. *Cap.* 5. *p.* 482. De *suggrundis* vid. & Schoetgen. *ad Varron. de Re Rustic.* III. 3. 5. Ad protecta etiam *moeniana* pertinere, notat Heinecc. *in Edict. Perp. Restit. Opusc. Postum. p.* 535. De quibus vid. & Otton. *d. loc. p.* 483. — Verba seq. §. 7. *superioris portio*

est Putean. & Bongarf. *ad Petron. Satyric. Cap.* 92. *p.* 442. edit. Burm. a. 1709. explicant *superiori simile est.*

§. 9.

Qua (1) *vulgo iter* fieret,] *Fiet*, §. 6. *h. l.*

Sive in habitationis, vel coenaculi, sive etiam in horrei, vel cujus alterius aedificii.] Scil. *suggrunda, protectove:* ita explico. Alii haec in *Ablativo* legunt, teste Charonda. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1278.] putat, Graecam esse constructionem, & subaudiendum *loco*, vel quid simile: & Leonin. *Emendat.* III. 18. & sic quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Pergit Praetor: supra eum* &c.

(1) Hal. & Vulg. *quo*, & sic etiam habent praec. §. 6. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed non necesse. Vid. notata superius ad *L.* 10. *de servitut.*

§. 10.

Positum habere etiam is recte videtur &c.] Facit huc *L.* 2. §. 37. *ne quid in loc. publ.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 14. §. 3. *not.* 22. — In seq. §. 11. verba *nec spectamus* Jo. van de Water, *Obs.* II. 3. *p.* 126. explicat, *nec exspectamus.*

§. 12.

Si id, quod positum erat (1),] Forte in pegmate ab habitatione separato.

In eum competit actio, qui posuit, non in eum, qui habitaverit,] *Qui habitaverit, non in eum, qui posuit*, legit Cujac. *Obs.* XXII. 32. probante Leonino, *Emendat.*

III.

III. 18. qui tentabat: *in eum competit actio, qui habitavit, quasi in eum, qui posuit, haec actio non sufficiat.* Cujacii lectionem probat etiam Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Deinde ait Praetor*, &c. (2). Diss. Suerin. *Repetit. Lection. Cap.* 20. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 36.] sed non probat. Vid. & Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 18. *Th.* 11. *Lit. C. p.* 712. & Otton. *de Tutel. Viar. Part.* III. *Cap.* 5. *in fin.* (3).

Quasi haec actio non sufficiat,] Contra ponentem.

Nisi vel dominus fuit aedium, vel inhabitator.] Qui potest semper tollere.

Nam & cum pictor in pergula &c.] *Nam*, id est, *ceterum* (4). De *pergulis* pictorum, Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. de excus. artific.* [*Tom.* V. *p.* 63.] (5).

(1) Haec verba, ut & ultima praec. §. *sive non nocuit*, non leguntur Flor., sed aliunde suppleta sunt. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Rem tamen paulo aliter interpretatur, ac Cujacius.

(3) Add. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 198. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 8. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 4. *p.* 218. *seq.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 6. Late de hoc §. egit quoque Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. p.* 403. *seqq.*

(4) Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Quis alter* &c. add. notata superius ad *L.* 1. §. 3. *de calumniat. not.* 4. & ad *L.* 15. §. 3. *ex quib. causs. major. not.* 3.

(5) Add. Noodt. *loc. modo cit.* Quaedam de *pergulis* notavi ad *L.* 19. §. 2. *de judic.* Pro *reticulo* in fin. §. Hal. & H. a Porta habent *resticulo*, & sic forte legendum, notat D. Goth. *ad h. l.* Sed vid. Bynkersh. *Obs.* V. 17. circa fin. add. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *reticulum.* Pro *et damni dedisset* Hal. & Vulg. habent *damnum dedisset.* D. Goth. *in not. damni quid.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui mavult *aliquid* subaudiri.

§. 13.

Ita autem actio] Ex primo Edicto, juxta Schol. Basilic.

Popularis est, & heredi similibusque competit,] Haeret hic quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. (1).

(1) *Nec heredi* &c. legit Corn. Ant. van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 1. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 159. *seqq.* ubi etiam varias aliorum de hoc loco sententias recensuit, & examinavit. *Nec heredi* legit quoque H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. & Rom. Cap.* 6. *p.* 80. Vid. & Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* L. 7. §. 304. *p.* 549. Sed Florentinam tuetur Voet. *ad h. t. Pand.* §. 6. & Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. & Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 10. *p.* 409. *seqq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld hoc tit.* §. 710. *p.* 401. *seq.* — Ad seq. *L.* 6. vid. Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict.* Pro *sed & ad vias* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* X. §. *ult.* legit *sed & ad villas.* Sed vid. H. G. van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 18. *p.* 94. *seqq.* & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 5. Sequitur: *per quas volgo iter fuit.* Taurell. in margine: *iter fit*, eamque mutationem antiquissimam esse, & prope coaevam, adeoque sine scrupulo in contextum admitti posse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VII.

Aut cariturus est] Quas computant DD. juxta *L.* 68. *ad L. Falcid.* Sed ibi agitur de alimentis, quae omnis sunt aetatis, non operae. Vid. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 22. Goris, *ad Consuet. Velav. Cap.* 5. *Art.* 3. *Gloss.* 2. non tamen omnia proba (1).

Cicatricum (2) *autem* &c.] Defendit haec Huber. *Eun. Rom. p.* 22. *seq.*

(1)

(1) Sub verbis *praeterea operarum*, quae in Lege praecedunt, Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. subaudiri vult *aestimationem*.

(2) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *d. loc.* Sed Flor. *cicatricium*: pari modo Flor. quoque scribitur *hereditatium*, *civitatium*, *quantitatium*, cet. Vid. Brisson. *Parerg.* §. 59. *Oper. Minor. p.* 399. *seq.*

TITULUS IV.

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS (1).

(1) De his generale Edictum Praetorem proposuisse, putant Ranchin. *in Edict. Perp. Restit.* in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 246. Noodt. *ad h. t. Pand.* Westenberg. *ad eund. tit.* §. 2. Heinecc. *in Edict. Perp. Restit. Opusc. Postum. p.* 498. *seqq.* Dubito, an recte. Forte Praetor unicuique actioni, quam noxalem esse voluit, adjecit, eam esse noxalem, ut in Edictis superioris tituli *de dejectis & effusis*, & *de periculose positis & suspensis*. Vid. de his actionibus Maran. *in Paratitl. ad tit. Pand. si quadr. paup. fec. dic.* Quaedam habet quoque Suerin. *Repetit. Lection. Jur. Cap.* 11. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 28. *seq.*

L. I.

Atque maleficio servorum] *Privato*, & quandoque *populari*, non tamen de omni *populari*. Vid. Cujac. *Obs.* XXI. 40. & Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 32. (1).

(1) Add. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. h. t.* & Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 26. §. 9.

L. II.

ULPIANUS *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Pertinet ad *tit. ad L. Aquiliam* (1).

Si autem insciente, noxalis est:] Ex Capite primo *L. Aquiliae.*

(1) Add. Brencman. *de Legum Inscript.* §. 8. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 154. *seq.*

§. 1.

Sive desiit esse dominus,] *L.* 5. §. 1. *h. t.*

Etiam ad posteriores Leges pertinere,] *L.* 26. *L.* 27. *de Legib.* (1).

Quae sententia habet rationem, & a Marcello (2) *apud Julianum probatur.*] Add. *L.* 4. §. 2. *h. t. L.* 21. §. 1. *de Ædil. Edict.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *in Probat. ad Tab.* XII. *LL.* XII. *Tabb.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 142. Praecedit in Lege: *noxiamve nocuit.* De qua locutione quaedam notavit Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1411. Vid. & *Excerpta ex Adversar. Pithoei*, in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 352.
(2) Ad edit. in 4[to]. adscripsit: „ qui alioquin Julianum ubique notat. " Vid. Cujac. *ad Lib.* LXXXVI. *Julian. Dig. in expl. h. l.* add. de hoc §. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 3. *Sect.* 1. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 38. & Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 10. Variantes Lectiones notavit Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. III.

In omnibus noxalibus actionibus, ubicunque scientia exigitur domini, sic accipienda (1) *est,* &c.] *L.* 45. *pr. ad L. Aquil.*

(1)

(1) *Accipienda ea est*, ope geminationis, legit Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 4. *num.* 3. *p.* 136.

L. IV.

PAULUS *Lib.* III. *ad Edictum.*] Pertinet ad *tit. de edendo* (1).

In delictis servorum, &c.] Facit huc Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 228.

(1) Vid. Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

§. 1.

Quia non videtur domino sciente fecisse, cum eo tempore dominus non fuerim.] Hinc colligunt DD., quod qualitas adjuncta verbo intelligatur juxta tempus verbi, cui adjuncta est. Facit huc *L.* 31. *h. t. L.* 25. *de testam. milit.* Sand. *Decis.* IV. 5. *def.* 9.

§. 2.

Imo utroque modo dominus tenebitur:] *L.* 2. §. 1. *h. t.* *Una autem poena exacta, quam actor elegerit, altera tollitur.*] *L.* 7. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. §. 3. vid. & Schulting. *in Enarr. tit. Pand. de edend.* §. 8. add Marckart. *Interpr. Rec. Lect. Jur. Civ.* I. 17. *p.* 113. & Majans. *Disp.* XLIX. §. 17.

L. V.

§. 1.

Verum illa quoque, quod sive alienaverit servum, &c.] *L.* 2. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 6. Grotius, *in Flor. Spars. p.* 145. notat, idem apud Hebraeos obtinuisse.

L. VII.

§. 1.

Conveniri jam non posse.] *L.* 4. §. 2. *h. t.*

L. VIII.

Si servus communis furtum fecerit, quivis ex dominis in solidum noxali judicio tenetur,] Facit huc *L.* 20. *de interrog. in Jur. fac.* Ratio, *L.* 85. §. 4. *de verbor. oblig.* Lex autem mitius agit in sequentibus. Scip. Gentil. *de Divid. & Indiv. Oblig. Cap.* 9. *in fin.* [*Oper. Tom.* I. *p.* 122.]

Ante noxale judicium acceptum poterit sua parte (1) *cedendo securitatem consequi,*] D. Goth. *in not.* „ Imo non videtur audiendus, si pro parte tantum velit defendere. *L.* 4. *si ex noxal. causs.*" Sed hic non *defendit*, sed *cedit.*

(1) Hal. & Vulg. *suam partem.* Sed vid. notata superius ad *L.* 15. *pr. ad L. Aquil.* Vid. de hac Lege Cujac. *Obs.* XVII. 15. ubi pro *sed non alias poterit* &c. legendum dicit: *scilicet non alias poterit* &c. & *ad Lib.* XII. *Papinian. Responsor. in expl. L.* 36. *de liberal. causs.* & Suarez. *ad L. Aquil.* I. 4. *Sect.* 6. §. 15. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 75.

L. IX.

Is, qui scit,] Et *jussit.* Sic non obstat *L.* 17. *pr. Vs. igitur. h. t.* Gloss. *h.* & Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. d. L.* 17. (1).

(1) Vid. & Idem, *ad Lib.* XXXIX. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. X.

Ceterum, si nihil *praeterea* &c.] Si enim *aliquid* superſit, *actio communi dividundo* habet locum. Vid. ad *L.* 1. *comm. divid.* (1).

(1) Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l. in factum actionem* interpretatur *utilem communi dividundo.* Sed Pothier. ad verba *in factum agi* notat: „ deficiente actione communi dividundo, quae locum non habet, quum communio ceſſavit."

L. XI.

Dominus non tenetur:] Bonae fidei poſſeſſore ſemel electo (1). Facit huc *L.* 8. *de interrog. in Jur. fac.* add. Wiſſenbach. *Diſp. ad h. t. Pand.* §. 25.

Sed *noxae dedendo* &c.] Al. *licet* (2).

(1) Conf. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 26. §. 10. Sed Pothier. *in not. ad h. l.* „ Scil. quamdiu non poſſidet, nec facultatem ſervi repetendi habet, ignorans, a quo poſſideatur." Vid. notata ſuperius ad *L.* 27. §. 3. *ad L. Aquil.*

(2) Hal. *licet noxae dedendo non faciat eum actoris.* — Ad ſeq. *L.* 12. vid. Cujac. *ad Lib.* VI. *Paul. ad Edict.*

L. XIV.

Non neceſſe habet,] Ratio in *L.* 2. *h. t.* (1).

(1) Verba *litis aeſtimationem offerre his, quibus dedere non poteſt* in edit. Corp. Jur. Geb. & Spang. vitioſe repetita ſunt.

§. 1.

Per fideicommiſſum libertas &c.] Al. *vel per fideicommiſſum* &c. (1).

Ob

Ob evictionem (2) *ob suum factum contingentem.*] Facit huc *L.* 32. *h. t.*

(1) Sic Vulg. Nor. omnes. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui τὸ *vel* subaudiri mavult. Vulg. *fideicommissum* mutat in *fideicommissaria.* Sed Leunclav. *Notator.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1511. observat, Graecos hic habere ὡσπερεὶ, adeoque in suis Libris legisse videri *quasi si*, quae verba hic excidisse putat.

(2) Varie corriguntur haec verba. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui nihil mutandum censet. — De verbis *translationem judicii* in seq. *L.* 15. vid. Bynkersh. *Obs.* II. 23. Pro *rei judicandae tempore* Hal. & Vulg. legere *rei judicatae*, sed Graecos etiam habere πρὸ ψήφου, notat Brencm. *d. loc.*

L. XVI.

Et propter hoc judicium sine noxae deditione acceperit:] *L.* 24. *h. t.* (1).

(1) Sequitur in Lege: *& impleta* &c. Ubi τὸ *et* Vulg. Nor. omnes expungunt. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, *et* pro *etiam* poni, & quosdam quoque Codices *etiam* in contextum recepisse. Egit de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXII. *Julian. Digestor.*

L. XVII.

Et si quid amplius *est in damni persecutione*, &c.] Facit huc *L.* 7. §. 1. *commodat.*

Non totius partem ferat, sed partem ejus, quanti servus est:] Obstat *L.* 9. *h. t.* ad quam vide.

§. 1.

Ut aut cogat Praetor te &c.] Aliud remedium *L.* 27. *pr. h. t.*

De

Defensio tibi permittenda est:] *L.* 26. §. *ult. h. t.*

Et si damnatus hominem tradas, & adversus me tueris.] Al. *tueberis:* quod placet Leonino, *Emendat.* IV. 9. *num.* 6. (1).

(1) Qui etiam posterius *et* omittit, & sic fere Libri Vulgati. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hoc §. Cujac. *Obs.* XXII. 36.

L. XVIII.

Sed cum eo non est, quamvis serviat ei:] Facit ratio *L.* 41. *h. t.*

Et ideo dominus damnatus fructuario &c.] *L.* 14. §. 3. *de servo corrupt.*

L. XIX.

Si cum eo agemus,] Ambo scil. (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Pro *quasi unius damnum sit* &c. Flor. erat *unus damnum*, & *i* deinde superscripta est. Vulg. *quasi damnum unum, & una obligatio.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Ut de peculio servi tui ad noxam &c.] *Aut ad noxam* &c. Al. (1).

(1) Vid. Charond. *in not. ad h. l.*

L. XXI.

Dolove malo fecerit, quominus haberet.] *L.* 24. *h. t.* (1).

(1) Verba Edicti, quae exstant in seq. §. 2. alio referenda esse, docet Heinecc. *in Edict. Perp. Restit. Opusc. Postum. p.* 498. Pro *dejerare* Vulg. habet *jurare*, ver-

verbo hoc non intellecto. Apud Baudoz. *alias pejerare:* inepte. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Ut facultatem & potestatem exhibendi ejus habeat:] *L. 22. pr. & §. 1. h. t.*

Si in fuga sit, vel peregre,] Vel ab hostibus captus. *L. 16. de interrog. in Jur. fac.*

L. XXII. (1).

(1) Pertinere hanc Legem ad caussam *jurisjurandi*, notat Cujac. *ad Lib.* XVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* — In seq. §. 2. ad verba *habeat pecuniam* D. Goth. notare, Hal. habere *si habeat*, & τὸ *si* Flor. a recentiore manu insertum esse, omnesque fere illud recepisse, & facile quoque excidere potuisse ob literas ultimas vocis praecedentis, monet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 3.

Aut absentem defendere:] *L. 21. §. 1. h. t.* (1).

(1) In seq. §. 4. verba *an judicium dictare sine noxae deditione velit* Graecos planius explicare ἢ ἐνάγειν εἰς τὸ διαφέρον, *an agere in id quod interest velit*, notat Leunclav. *Notator.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1511.

L. XXIV.

Actio locum habeat noxalis,] Vocem *noxalis* delet Cujac. *Obs.* XXII. 9. (1) nam non est *noxalis*, sed *Praetoria*. *L.* 26. §. 4. *L.* 39. *h. t.*

An & si possit nihilominus &c.] *si* abest a Vett. (2).

In quo casu electio est actoris,] *L. 39. pr. h. t.*

Si paratus sit defendere se manumissus, exceptionem dan-

dandam ei, qui manumisit.] Facit huc *L.* 39. §. 2. *h. t.* Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 18. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 35.]

Id pro parte hoc judicio consequatur.] Vid. *L.* 8. §. 3. *comm. divid.*

Idem est & si unus Legatorum nomine caverit, &c.] Vid. *L.* 18. §. 6. *h. t.*

§. 16.

Quoniam cum coherede non contrahimus,] Quemadmodum cum depositario, & socio. Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Sed vid. ad *L.* 73. *pro socio.*

Sed incidimus in eum:] *Qui cum te aut voluntas congregasset, aut fortuna conjunxisset*, Cicer. *Pro Quint. Cap.* 16.

Quoniam hic propter suam partem caussam habuit gerendi:] Et non est in re mere aliena negligens. Haec ratio habet & locum in voluntaria societate. Vid. D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 33. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 62.] (1).

Et ideo negotiorum gestorum ei actio non competit.] §. 14. 15. *h. l. L.* 18. §. 6. *h. t. L.* 14. §. 12. *de religios.* Facit huc *L.* 9. §. 4. *de reb. auct. Jud. possid.* Nec

Nec proin cum hac, vel communi dividundo actione, concurrit actio negotiorum gestorum. Vid. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 37. (2).

Nam & hos conjunxit ad societatem non consensus, sed res.] *L.* 46. *de oblig. & action.*

(1) Praecedit in Lege: *non tamen diligentiam praestare debet, qualem diligens paterfamilias.* Ubi *diligens* poni pro *diligentissimus*, observat Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Praestationibus personalibus* &c. & Joh. Vollenhove, *de Suspect. tutor. & curator. Cap.* 6. §. 3. *not. b.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 227.

(2) Item Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 29. §. 5. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 735. *p.* 114. *seq.* Dissentiunt alii. Vid. Cujac. *Obs.* XXVI. 36. & *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. pen. de reb. cred.* Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 30. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 492. Panicirol. *Thes. Var. Lection.* III. 14. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 1419. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 41.

§. 17.

Si incerto homine legato (1), *& postea defuncto Legatario, aliquis ex heredibus Legatarii non consentiendo impedierit Legatum,*] Quod Jure veteri hoc casu intercidebat. §. 23. *Inst. de Legat.* (ubi vid. Vinn.) *L.* 28. *de servit. praed. rustic.* Non hodie. *L. ult. Cod. comm. de Legat.* ideoque Balduin. *in Justinian. p.* 323. [in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* I. *p.* 1140. *seq.*] Tribonianum reprehendit, quod jus abrogatum hic collocavit.

(1) Scil. *per vindicationem*, quo casu electio erat Legatarii, Pothier. *in not. ad h. l.* add. Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h.* §.

§. 19.

Si filius, cum patrem defenderet,] *L.* 10. §. 1. *de in rem verso.*

Condemnatus solverit,] Repetendi animo. *L.* 11. *L.* 18. *Cod. de neg. gest.*

Poteſt aequius *dici*, &c.] Contra ſtrictum jus. *L.* 49. *h. t.*

Habere petitionem *a coherede* &c.] Proprie *praeceptionem*, ut in *L.* 20. §. 1. *h. t.* Vid. Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h.* §. (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 20.

Judex (1) *familiae erciſcundae nihil debet indiviſum relinquere.*] *L.* 8. *Cod. h. t.* Cujac. *Obſ.* XXII. 39. Exceptio in *L.* 22. §. 1. *h. t.* *L.* 4. §. 5. *in fin. fin. regund.*

(1) Vulgares poſt vocem *coherede* in praec. §. ponere (.) & tunc pergere: *in familiae erciſcundae judicio nihil debet Judex indiviſum relinquere*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 21.

Item curare debet, ut de evictione caveatur &c.] *L.* 10. *in fin. tit. ſeq.* (1).

(1) Add. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 29. §. 10.

§. 22.

Quia domi relicta non eſt,] *L.* 40. *de reb. cred.* Paul. *in Sent.* III. 6. §. 1. (1).

(1) Ubi vid. Cujacium.

L. XXVII.

In hoc judicio condemnationes & absolutiones in omnium persona faciendae sunt: &c.] Haec ad *praestationes personales* pertinent. Cujac. *Obs.* XXIII. 1. & *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Vinn. *Sel. Quaest.* I. 38. Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin.

Quia non potest ex uno judicio res judicata in partem valere, in partem non valere.] Non obstat *L.* 44. *h. t. L.* 29. §. 1. *de minor. L.* 21. *de rec. qui arbitr. rec.* ut nec *L.* 20. §. 4. *h. t. L. pen. Cod. de sent. & interloc.* nec *L.* 17. *Cod. h. t. L.* 44. *D. de judic.* Vid. Vinn. *d. loc.*

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 18. §. 4. *not.* 7. & *Thes. Controv. Dec.* 29. §. 7. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 25. Pothier. *in not. ad h. l.* Aliter Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 733. *p.* 70. *seqq.* qui etiam alios laudat.

L. XXIX.

Si pignori res data &c.] *L.* 7. §. 12. *tit. seq.* (1).

In familiae erciscundae judicio pro parte coheredi erit damnandus:] *Pro parte* debiti. *d. L.* 7. §. 12.

Nec cavere debet coheredi, &c.] Basil. οὐκ ἀσφαλίζεται παρ' αὐτοῦ· & proin videntur legisse *coheres*, quomodo & Gloss. & Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & *in Recit. ad h. l.* explicant (2): Basilic. vero Schol. ut hic, *Tom.* V. *p.* 713.

Ut & is, qui obtulerit, adversus dominum vindicantem exceptione tuendus sit.] *L.* 2. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

Vindicantem] Nec enim *pigneratitia* datur contra hunc (3).

Velit totum *reddere*,] Pignus,

Licet debitor nolit, audiendus est.] *L.* 25. §. 14. *h. t.* & potest agere *contraria pigneratitia*, tanquam qui in rem impendit. *h. l. in fin.* Cujac. *loc. modo cit.*

Non enim dici potest,] Ut *contraria* detur *actio.*

Adjudicatio enim necessaria est:] *L.* 7. §. 13. *tit. seq.*

Nisi si objiciatur creditori, quod animose licitus est,] Et sic ei res adjudicata. *L.* 19. §. 1. *tit. seq.* Hic enim voluntario emtori similis, nec habet *pigneratitiam contrariam.* Cujac. *d. loc.* *Licitus.* D. Goth. *in not.* „ Al. *licitatus.*" Non opus (4).

Quia quod creditor egit, pro eo habendum est, &c.] Non tamen *proprie* tale est. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 62. *Error.* 3.

Ac si debitor per Procuratorem egisset;] Et is pro eo solvisset.

Et ejus (5), *quod propter necessitatem impendit,*] Coheredi dando.

Etiam ultro est actio creditori.] Etsi *directa* non conveniatur. *L.* 17. §. 1. *commod.*

Actio] Non *negotiorum gestorum*, sed *pigneratitia contraria.* Cujac. *d. loc.* Dissentit Gloss.

(1) Egit de hac Lege quoque Petr. Martres. *Not. in aliq. JCtor. Resp. Cap.* 20. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 730. Vid. & Chesium, *Interpr. Jur.* I. 50. §. 129. in Jurispr. Rom. & Attic. *Tom.* II. *p.* 309. Pothier. *in not. ad h. l.* Glück. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 732. *not.* 62. *p.* 59. *seq.* ibique citat. Westphal. *Versuch einer syst. erlaut. der rom. Gesetze von Pfandrecht*, §. 825. qui refutavit Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

(2) Probante Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 29. §. 2.

(3) Quia *pigneratitia* agere non potest cum eo, quo eum non contraxit, addidit Schulting. ad Edit. in 4to.

(4) *Liceor* enim aeque dicitur, ac *licitor.* De verbo *animose* vid. Burman. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 47. *Tom.* I. *p.* 110.

(1)

(5) De postremorum hujus Legis verborum varia lectione vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. *L.* 30. vid. Cujac. *ad Lib.* VI. *Modestin. Responsor.* Pro *ab utriusque patribus*, ut Flor. scriptum est, Hal. Vulg. omnes habent *ab utrisque partibus*, & sic etiam MSS. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui id non probat, sed praepositionem *ab.* hic notionem habere putat τοῦ *ob*, vel *propter.* add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 6. §. 17 in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 105. — Ad seq. *L.* 31. vid. Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaest.*

L. XXXII.

Ad singulos pro hereditaria portione pertinent:] Vid. *L.* 35. *de hered. instit.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* Martres. *Not. in aliq. JCtor. Respons. Cap.* 21. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 730. Huber. *Prael. ad h. t. Pand.* §. 8. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 729. *p.* 30. *seq.* & §. 733. *not.* 1. *p.* 73. — Ad seq. *L.* 33. vid. Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Respons.*

L. XXXIV.

Servos inter coheredes &c] Vid. Basilic. & Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Resp. in expl. h. l.* (1).

Tam heredi,] Uni forte ex multis portionem restituere rogato. Facit huc *L.* 77. §. 18. *de Legat.* 2do.

(1) Et *Obs.* XXIV. 27.

L. XXXV.

Pomponius Philadelphus &c.] Vid. Ant. Fab. *Conject.* VII. 12. Cujac. *ad Lib.* XII. *Papinian. Respons. in expl. h. l.* Parcius Huber. *Eun. Rom. p.* 432. *seq.*

Dotis caussa, praedia filiae, quam habebat in potestate, tradidit:] Quod tamen non potuit valere. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 40. *Error.* 9.

Justam caussam retinendae possessionis habere filiam,] D. Goth. *in not.* „ Olim dos praecipua filiae manebat, &c." add. *L. 7. Cod. de collation.*

Quoniam pater praedia, de quibus quaerebatur, dotis esse voluit,] Etsi proprie non sint, utpote non tradita viro.

Filiam etenim, quae naturaliter agros tenuit,] Quod facti est (1).

Specie dotis, cujus capax fuisset, defendi.] Haee enim donatio morte patris non fuit confirmata. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 40. *Error.* 9.

(1) Minus bene Finestres. & de Monzalv. *de Jure dotium*, IV. 29. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de dot. collat. num.* 3.

L. XXXVI.

Cum putarem &c.] Frustra quidam hanc Legem carpunt ut iniquam. Vid. Huber. *in Eun. Rom. p.* 433. *seq.* (1).

(1) Et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 28. §. 6. Add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaestion.* & in primis Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 734. *p.* 83. *seqq.* qui etiam alios citat. De ultimis Legis verbis: *Plane si sine Judice* &c. egit quoque Alciat. *Dispunct.* I. 8. & Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 86. *seq.* De varia hujus loci lectione, ejusque caussa, vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XXXVII.

Qui familiae ercisundae judicio agit, non confitetur adversarium sibi esse coheredem.] Facit huc *L. 9. de exception.* Agimus quidem ut cum tali, non tamen ideo talem fatemur. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 435. (1). *Non* de-

delet Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Deinde ait Praetor*, &c. (2). D. Goth. *in not.* „ In Baſil. deëſt negatio. Vid. Cujac. *Obſ.* IX. 36. (3)." Ubi & Florentinam lectionem explicat, & ex eo Wiſſenbach. *in Diſp. ad h. t. Pand.* §. 9.

(1) Et *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. & Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 28. §. 5.

(2) Etiam Voet. *ad h. t. Pand.* §. 10. aut Legem intelligi vult de reo ad diviſionem provocato, & Pothier. *in not. ad h. l.* H. Cannegiet. *Obſ. Jur. Rom.* I. 17. *p.* 114. pro *non* legit *mox*, vel *modo*, id eſt, *confeſtim.* H. J. Arntzen. *Specim Obſ. Cap.* 3. *non* accipit pro *nonne*, & ſic quoque hunc locum explicat Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 7. §. 1. *p.* 40. & *Obſ. Cap.* 8. §. 11. *p.* 404. item Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 726. *p.* 12. *ſeqq.* qui etiam alios, qui de hac Lege egerunt, citavit.

(3) Vid. & Idem, *Obſ.* XXV. 34. *in fin.* Lectionem Florentinam defendit quoque Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaeſt. in expl. h. l.* in Theſ. Meerman. *Tom.* II. *p.* 513. *ſeq.* Th. Jo. Alex. Pagenſtecher. *de Violent. emendat. in Jure Civ. non admittend. Cap.* 3. *p.* 98. *ſeq.* H. van Berkel. *Diſſ. de Favore bonae fidei, Cap.* 2. §. 13. *p.* 32. Lugd. Batav. 1805.

L. XXXVIII.

Nullam ſorori ejus adverſus eum *competere actionem.*] Sed non negatur, ſorori *in curatorem* actionem competere (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* III. *Paul. Reſponſ. in expl. h. l.*

L. XXXIX. (1).

(1) In hujus Legis *pr.* verba *ob inultam mortem* in octo Mſſ., quae vidit, deëſſe, ſed Florentinam confirmare

Basil., notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Desunt etiam apud Hal. *Cod. Pand. Erlang.* habet *ob inductam mortem.* Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 735. *not.* 97. *p.* 117. Vid. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Respons.* & Caroli Molinaei *Solemnes Lectiones Dolon. Lect.* IV. *p.* 78. *seqq.*

§. 2.

Respondi, non quidem debita fuisse:] D. Goth. *in not.* „Civiliter, sed tamen naturaliter: qua ex caussa per officium Judicis recte petuntur. *L.* 17. *in fin. de alim. legat.*" Id fit ob favorem alimentorum (1).

(1) De verbis *cum erit annorum triginta* vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 308. *seq.* Pro *vestiariorum* in seqq. Legis verbis legendum *vestiarii*, censet Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Verba *licet hereditatem communem haberent* in Basil. verti: καὶ τὴν πατρῴαν κληρονομίαν ἔχωμεν κοινὴν, sed legendum, κἂν τὴν πατρῴαν κ. τ. λ. conjicit Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 2.

§. 3.

Quae post mortem patris contraxit,] Secus quae *ante.* *L.* 20. §. 6. *h. t.*

§. 5.

Pater in filios divisit bona,] Sic Virgil. *Æneid.* I. *Vs.* 198.

Socios partitur in omnes.

Et Tacit. *Annal.* II. 67. *Inque liberos Cotyis dividitur* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 20. §. 3. *h. t.*

L. XL.

Utile familiae erciscundae judicium recte inter nos agetur (1).] *L.* 27. §. 11. *ad SCtum Trebell.*

(1) *Judicium — agetur.* Vid. notata superius ad *L.* 25. *pr. h. t.*

L. XLI.

Quaedam mulier] *Camelia Pia.* Vid. *L. ult. de Jur. patronat.* ubi idem Decretum exstat.

L. XLIII.

Ulpianus *Lib.* XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 26. *de reg. Jur.*

Arbitrum familiae erciscundae vel unus petere potest.] Facit huc Quinctil. *Inst. Orator.* III. 10.

Igitur & praesentibus ceteris &c.] *Absentibus*, Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 255.] & Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Deinde ait Praetor*, &c. in fin. & antea Gilb. Regius, *Enantioφ.* I. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1487.] (1).

(1) Etiam Graecos huic lectioni nonnihil favere, observat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 4. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 727. *not.* 65. *p.* 20. Τὸ *vel* in hac Lege pro *etiam* accipi, observat quoque Noodt. *de Pact. & transact. Cap.* 13. Vs. *Exspectas* &c. in fin. *Apud judicem* dici pro *ad judicem*, notat Cujac. *in Paratitl. ad tit. Pand. apud eum, a quo appell.* &c. quem etiam de hac Lege vid. *Obs.* IX. 14. qui locus male citatur in Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 28. §. 7.

L. XLIV.

Ut res duntaxat, quae eorum communes sint,] Ἐξῶ-

ἐαν

ἐν τῆς κληρονομίας, Cyrillus, *Schol. Basil. Tom.* V. *p.* 718. (1).

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* Pro *in integro* Hal. habet *integre.* Vulg. absque praepositione *integrum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

Vel hereditatis petitione.] Si illum negant coheredem (1).

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Et ideo jurare debent, non calumniae caussa litem intendere, & non calumniae caussa ad inficias ire.] Hinc Perez. *in Prael. ad tit. Cod. de jurejur. propter calumn. num.* 1. colligit, jusjurandum calumniae jam Jure Pand. in usu fuisse. Sed potius est, ut haec sint a Triboniano. Cujac. *ad Nov.* 49. Giphan. *ad L.* 2. *Cod. de jurejur. propter calumn.* Bynkersh. *Obs.* VII. 9. (1) notat, *L.* 2. *Cod. de jurej. propt. cal.* esse posteriorem, sed ejusdem Constitutionis mentio in §. 2. *Inst. de poen. tem. litig.* ut vel in *d. L.* 2. *Cod.* subscriptione sit mendum, vel aliud lateat.

(1) Qui etiam alios citat. add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 31. §. 9. Cum Bynkershoekio facit Jo. Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 2. §. 8. *p.* 263. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 246. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 728. *not.* 90. *p.* 30. Pro *ad inficias ire* Vulg. habet *ad inficiationes ire.* Hal. *ad* omittit. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Vid. de hac locutione Vossium, *de Analogia*, I. 47. & Bynkersh. *loc. cit.*

§. 5.

§. 5.

Veluti, si a se heredeque suo dolum malum abfuturum defunctus spopondit:] Vid. *L.* 4. *de verb. oblig.* (1).

(1) Ad seq. §. 6. quaedam monet Langebek. *Annotation. Cap.* 37. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 576.

L. XLV.

Id in familiae erciscundae judicium non venit.] *L.* 25. §. 7. *h. t.*

§. 1.

Dolus, quem servus heredis admisit, in judicium familiae erciscundae non venit:] D. Goth. *in not.* „ Imo venit. *L.* 16. *in fin. eod.*" Ibi agitur de servo *hereditario.*

L. XLVI.

Si maritus &c.] Vid. Cujac. *Obs.* XIV. 31. (1).

(1) Egit de hac Lege quoque Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 87. *seq.* — Ad seq. *L.* 47. *pr.* vid. Pothier. *in not.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. comm. divid.* §. 740. *p.* 166.

L. XLVIII.

Aut dare unum procuratorem, &c.] Plures non prohiberi, modo una utantur instantia, censet Huber. *Eun. Rom. p.* 436.

L. XLIX.

Qui erat heres &c.] Vid. Cujac. *in Recitat. ad h. l.* (1).

Testatorem (2) *jussus a Praetore sepelire,*] *L.* 12. §. *ult. de religios.*

(1)

(1) Legem hanc in Basil. male *Paulo* tribui, observat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 2.

(2) Hal. *institutus a testatore, jussus a Praetore distrahere servum.* Sed Basil. quoque habere: θάψαι τὸν διαθέμενον, *sepelire testatorem*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pro *duplam cavere* Hal. & Vulg. habent *de dupla cavere*. Sed *duplam cavere* dixit quoque Ulpianus in *L.* 31. §. 20. *de Ædil. Edict.* Vid. Brencm. *d. loc.* Porro pro *esse actori adversus heredem* &c. Al. habere *esse emptori* &c. notat D. Goth. & Brencm. *d. loc.* testatur, Flor. literas *ac* subantique deletas esse, & *emp* repositas. Denique pro *defecto judicio familiae erciscundae* &c. Hal. habet *directo judicio* &c. De quo vid. Brencm. *d. loc.* & Gebauer. *ibid.* — In seq. *L.* 50. pro *pietate debita ductus* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 4. ope geminationis legit *pietate debita adductus.* Vid. de hac Lege Cujac. *in Recit. ad h. t.* Claud. Chiflet. *de Portion. Legitim. Cap.* 14. circa fin. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 758. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 729. *not.* 8. *p.* 37.

L. LI.

Per arbitrum familiae erciscundae praecipi *ita debet*, &c.] *L.* 20. §. 2. *h. t.* (1).

Quare fructus post *litem contestatam percepti*,] *L.* 1. *Cod. de usur. & fruct. rei legat.*

Quia nullus *casus intervenire potest*, &c.] Unus est in *L. ult. Cod. de fund. rei priv.* notatus a Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. de fructib. & lit. exp.* (2).

(1) Hanc & seq. *L.* 52. perperam in Basil. tribui *Ulpiano*, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 2.

(2) Et *ad Lib.* VIII. *Julian. Dig. in expl. h. l.*

L. LII.

§. 1.

Judicio familiae erciſcundae *coheredibus ſuis praeſtabit.*] Non *negotiorum geſtorum:* nam reliqua erant ex adminiſtratione, vivo domino facta, & ſic non aliter, quam omne ſimul exigere potuit. Secus *L.* 41. *de reb. cred.* Vid. ad *L.* 25. §. 16. *h. t.* (1).

(1) Praeterea verbis *&* *penes ſe* &c. lineam quoque ſubduxit Schulting. voci *&*., quae etiam abeſt apud Hal., & forte mala geminatio eſt duarum ultimarum literarum verbi praecedentis *geſſiſſet.* Tò *&* delet quoque Reizius, in *Obſ. Miſcellan. Vol.* X. *p.* 374. qui porro pro *juſſus*, *id* ope geminationis legit *juſſus*, *ſi id.* Pauca ad hanc Legem notavit Cujac. *in Recitat. ad h. t.* Sed pluribus de ea egit *ad Lib.* II. *Julian. ad Urſej. Feroc.* Vid. & Idem, *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. pen. de reb. cred.*

L. LIV.

Cum alienata de hereditate exierit.] *L.* 9. *Cod. Comm. utr. jud.* (1).

(1) Add. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 29. §. 1. Vid. & de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Idem dicendum* &c. & Jan. a Coſta, *ad* §. 4. *Inſt. de offic. Judic.*

L. LV.

Si familiae erciſcundae, vel communi dividundo judicium agatur,] *L.* 25. *pr. h. t.* (1).

(1) Ubi vid. notata. — Ad ſeq. *L.* 56. vid. Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. fin. regund.* §. 723. *p.* 465. — Ad *L.* 57. vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Papi-*

pi-

piniam. Responsor. *Quam revocari* &c. *Quam* scil. divisionem. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 93. add. notata superius ad *L.* 1. *pr. de pactis.*

TITULUS III.

COMMUNI DIVIDUNDO (1).

(1) Vulg. *de communi dividundo.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Singulas hujus tituli Leges exposuit Cujacius, *in Recitat. ad h. t. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.*

L. I.

Communi dividundo judicium &c.] Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 94. *Error.* 4.

Quod pro socio actio magis *ad personales* &c.] Id est, *tantum. L.* 6. *de Legat.* 1°. Cujac. *Obs.* II. 39. Sic *L.* 12. §. 12. *L.* 26. §. 6. *mand. L.* 6. §. 3. *si servit. vindic.* (1).

Denique (2) *cessat communi dividundo judicium* &c.] *L.* 10. *de noxal. act.* Vinn. *Sel. Quaest.* I. 36.

Communi dividundo judicium] Quod alioquin etiam ad *praestationes* datur. *L.* 38. §. 1. *L.* 43. *pro socio.*

(1) Ad quam vid. notata. add. Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 2. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 18. *not.* 9. & *Thes. Controv. Dec.* 28. §. 3.

(2) Vid. de hac voce citatos superius ad *L.* 13. *de adoption.* add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld.*

feld. hoc tit. §. 736. *p.* 122. & *tit. ad exhibend.* §. 743. *not.* 212.

L. II.

Cum societate res communis est, veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt:] Scil. hoc animo (1).

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. IV.

Per hoc judicium corporalium rerum fit divisio, &c.] Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Deinde ait Praetor* &c. notat, Ulpianum hic confusius scribere. *Corporalium,* opposite ad *hereditatem*; alioquin & hoc in judicium *incorporalia* veniunt. *L.* 19. §. 4. *h. t.* (1).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 30. §. 1.

§. 3.

Ita etiam praestationes veniunt:] Hinc Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Cod.* dicit, actioni huic *actionem pro socio* inesse.

Consequatur.] Al. *consequetur* (1).

(1) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 4.

Sumtum istum communi dividundo judicio &c.] *Directo*, sed an non *utili*? *L.* 7. §. 8. *h. t.*

Consequi me non posse.] Junge *L. seq.*

L. V.

Et ex hoc dominium *earum nancisceremur.*] *L.* 7. §. 9. *h. t.* (1).

Respondit Proculus, communi dividundo judicio partem ejus impensae *me servaturum esse.*] Antequam jussi sumus possidere, factae; & haec Proculi sententia obtinuit. *L.* 15. §. 14.

§. 14. *de damn. infect.* Vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Julian. ad Ursej. Feroc. in expl. h. l.* (2).

(1) Add. Henr. a Suerin. *Repet. Lection. Jur. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 18.
(2) Et Pothier. *in not. ad h. l.*

L. VI.

Agi poterit utili (1) *communi dividundo judicio.*] *L.* 11. *L.* 14. §. 1. *L.* 29. *h. t.* (2).

(1) *Utili* apud Hal. abest.
(2) Add. Bynkersh. *Obs.* VI. 11. & Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 1. §. 15. *p.* 14.

§. 2.

Alioquin, si potuit, habet negotiorum gestorum *actionem,*] §. 7. *h. l.* add. D. Goth. *in not.* & Vinn. *Sel. Quaest.* I. 37. (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 25. §. 16. *fam. erciscu not.* 2.

§. 6.

Trebatius autem & Labeo, quamquam putant non esse locum religiosum factum, tamen putant in factum agendum.] D. Goth. *in not.* „Alibi *pro socio* — Alibi *familiae, & communi dividundo.*" An dicemus, has concurrere, cum Gloss. (1). An, sententiam hanc referri tantum, non etiam probari, cum Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaestion. in expl. L.* 43. *de religios.* a quo non abhorret Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 20. *Th.* 1. *Lit. d. p.* 169. *seq.* Intelligi etiam potest locus, quod socius inferre prohibitus potest *in factum* agere, uti habet *interdictum de inferendo mortuo. L.* 43. *de religios.* add. *L.* 9. *eod.* Merill. *Obs.* III. 9. Sed actionem, quae contra eum datur, etiam intelligunt Schol. Basilic.

[*Tom.*

[*Tom.* II. *p.* 57.] Triçatur Huber. *in Prael. ad tit. Pand. de mort. infer.*

(1) Sic etiam Noodt. *ad tit. Pand. de religios.* Vs. *Æque obscurum* &c. Dissentit Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 13. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de religios. num.* 8. & *tit. pro socio, num.* 26. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de religios.* §. 766. *not.* 19. *p.* 392. In praecedentibus Legis verbis *videndum est* litera *s* in *est* Flor. subantique deleta, adeoque legendum foret *videndum. & sane* &c. ut habet quoque Hal. Vulg. *videndum est. & sane* &c. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 7.


Praedibus] *Pro aedibus*, edit. Paris. 1549. (1).

(1) *Praedibus* ex ingenio scripsit Taurell. Flor. erat *praedus*, pro quo Corrector substituit *pro aedibus.* Vid. Brencm. *h*, in Corp. Jur. Geb. & Spang. Pothier. *in not. ad h. l. praedibus* interpretatur *fidejussoribus.* — In seq. §. 8. verbis *in communi dividundo* Flor. a manu antiquiore adjectum *judicio*, quod habent quoque Hal. & Vulg., & saltem inter asteriscos recipiendum, arbitratur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui praeterea notat, pro *hoc* in fin. §. Vulg. habere *ob hoc.* — In seq. §. 12. pro *in communi aedificii vicinus* &c. ut Flor. scriptum est, editos & scriptos omnes habere *aedificio*; posse tamen *vicinus aedificii* intelligi, observare Taurell. *in. Adnotat.* notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. VII.

Idem *Lib.* XX. *ad Edictum.*] Al. *Lib.* XXX. *ad Sabinum.* Charond.

Magis autem debet Judex abstinere hujusmodi divisione:] Vid. Sand. *de Prohibit. rer. alienat.* I. 4. *Def.* 19. Aliud tamen in nonnullis locis hodie observatur. Fab. *Cod.*



IV. 43. *Def.* 10. 39. & 45. Cyriac. *Controv.* 189. *num.* 12.

Alioquin praestatio vectigalis confundetur (1).] Unde aliquibus in locis hoc casu solidum a singulis exigunt. Maynard. *Decis. Tholos.* II. 34. & 35.

(1) Vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

Ex quibusdam autem caussis vindicatio *cessat*:] Non tantum *reivindicatio*, quam etiam *actio Publiciana.*

Ut puta si ex caussa indebiti soluti res *possideatur.*] Accepta a non domino (1).

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Sed quae non pergat ad judicii *vigorem.*] *In res* scil. (1).

(1) Pothier. *in not. ad h. l.* „ Id est, quae non habeat vim tribuendi judicii *communi dividundo* inter illos, qui talem possessionem habent."

§. 6.

Si duo sint, qui rem pignori acceperunt, &c.] §. 13. *h. l.*

§. 8.

Quod habet rationem.] Vid. Gloss.

§. 9.

Non erit huic utili *judicio locus*,] Sed *directo*. *L.* 5. *h. t.* (1).

(1)

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 10.

Communi dividundo judicium agitur,] Sic *L.* 25. *pr. tit. praec.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Hal. & Vulg. *judicio.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. — Ad seq. §. 11. vid. Pothier. *in not.* ubi docet, quare colonis, iisque qui depositum susceperunt, non detur judicium *communi dividundo*, quamvis hoc detur Legatariis, & mulieribus ventris nomine in possessionem missis.

§. 12.

Inter eos, qui pignori acceperunt, &c.] §. 6. *h. l.*

Licentia tamen non denegetur debitori, &c.] Facit huc *L.* 5. §. 1. *de distract. pign.*

Idem dicitur & si possessor pignoris &c.] *L.* 12. §. 1. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

Pigneratitiam - agenti] Sic *L.* 25. *pr. tit. praec.* (1).

(1) Et *L.* 20. §. 4. *eod.* item §. 10. *h. l.* add. Bynkersh. *Obs.* VII. 13. *in fin.* Hal. & Vulg. omnes, etiam Mss., *pigneratitia.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui communem lectionem praefert, & JCtum *hypothecariam* intelligere monet. Vid. & Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 13.

Si debitor &c.] Frustra hunc textum quidam carpunt. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 437. *seq.* (1).

Eleganter dicitur, non esse audiendum, &c.] Ne creditor, cui adjudicata est res, patiatur damnum, aut invitus incidat in communionem. Facit huc *L.* 29. *tit. praec.* (2).

Haec eadem & in mandato, &c.] *L.* 35. *mandat.*

 (1)

(1) Hal. pro *licendo* habet *licitando*, & pro *reciperare*, ut Flor. scriptum, *recuperare*. Neutrum necesse. Vid. notata superius ad *L.* 29. *fam. erc. not.* 4. & ad *L.* 33. *de adoption.* Egit de hac Lege quoque Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 89. *seq.*

(2) Sequitur in Lege: *Nam & si partem vendideris* &c. Junge *L.* 13. §. 17. *de action. emt. vend.* Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 3. §. 38. *in fin.* in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 64. De voce *beneficio* vid. Puttman. *Interpr. & Obs. Cap.* 29. *p.* 143. & Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 9. *p.* 205. *seq.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 373. *seq.*

L. VIII.

Etsi non omnes, &c.] *L.* 29. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict.* — Ad seq. §. 1. vid. Pothier. *in not.*

§. 3.

Noxae nomine plus praestiterit,] Quam quanti erat servus. Vid. *L.* 25. §. 15. *fam. ercisc.*

§. 4.

Item si unus in solidum de peculio conventus,] *L.* 27. §. 8. *de pecul.*

L. IX.

Sed postquam socius, &c.] Vid. Cujac. *Tract.* VII. *ad African. in expl. h. l.* (1).

(1) Ad verba: *cum utriusque domini periculum* &c. Hal. in margine notare, Al. legere: *cum neutrius domini* &c. sed perperam, observat Jauch. *de Negat. Pand. p.* 50. Vid. & Ant. Augustin. *Emendat.* l. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1439.

L. X.

L. X. (1).

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* XXIII. *Paul. ad Edict.* add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 1.

Si usus tantum noster sit,] Duobus legatus forte (1).

Ut, si Judex alteri usum adjudicaverit,] Altero in pecuniam condemnato.

Non videatur alter, qui mercedem accepit, non uti:] *L.* 12. §. 2. *de usufr.* *Non uti*, sed *frui*, quod non licet. Vid. omnino Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de us. & habit.* (2).

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Quem etiam citavit Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 30. §. 2.

§. 2.

Et de evictione quoque cavendum erit.] *L.* 25. §. 1. *fam. erc.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 29. §. *ult.*

L. XI.

Hoc judicio eorum omnium ratio habetur.] *L.* 6. §. 1. *h. t.*

L. XII.

Et eum reficere, vel demolire (1), vel in eum immittere quid opus sit,] Nolente socio (2).

(1) Hal. & Vulg. *demoliri.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sed vid. notata superius ad *L.* 50. *ad L. Aquil.*
(2) Vid. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 20. §. 8. *p.* 213. *seq.* Egit de hac Lege quoque Petr. Beloïus,

Varior. Jur. Civ. IV. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 713. *seq.*

L. XIV.

In hoc judicium &c.] Vid. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 1.

Et verius est, ut & in hac specie expensae retineantur.] D. Goth. *in not.* „ Singularis successor retentionem habet propter expensas factas a suo auctore." add. Brunneman. *ad h. l.*

Quae cum ita sint, rectissime dicitur, etiam impendiorum nomine utile judicium dari debere mihi in socium,] *Utile*, id est, efficax. Gloss. Nisi ponas casum ex seqq. & *L.* 6. *pr. h. t. Dari non debere* legit Fab. *Conj.* III. 2. & *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *Error.* 9. *num.* 4. arg. *L.* 29. *h. t.* (1).

Etiam manente rei communione.] Si sciens impensas fecero. Gloss. *Non manente*, Cujac. *in Recitat. ad L.* 1. *h. t.* & *ad Lib.* II. *Paul. Quaest. in expl. L.* 29. *h. t.* & Jauch. *de Negation. p.* 171. & 245. (2).

Diversum est enim &c.] Vid. Fab. *in Ration. ad h. l.* quaedam hic interponentem (3).

Hoc enim casu, ubi quasi in rem meam impendo, tantum retentionem habeo:] *L.* 33. *de condict. indeb.* Ergo actionem non habet, qui aliquid egit in usum, vel ad liberandum alterum, dum suum se negotium gerere putavit. Fab. *Cod.* II. 19. *Def.* 1. *num.* 12.

At cum puto rem Titii esse, &c.] *L.* 29. Vs. *Diversa. h. t.*

Et sicut negotiorum gestorum actio datur &c.] *L.* 5. §. 1. *de neg. gest.*

Ita & in proposito.] *L.* 6. *pr. h. t.* (4).

(1)

(1) *Nomine ne utile* &c. ope geminationis legit Petr. Duirsema, *Conject. Jur. Civ.* II. 9. *p.* 268. *seq.* quem sequitur Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 740. *p.* 154. *seqq.* ubi late de hoc §. egit.

(2) Probante quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Florentinam defendit Jo. Gotfr. Sammet. *Opusc.* III. 7. *p.* 129. *seq.* Vid. & Perrenon. *Animadv.* II. 12. in fin. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 643. *seq.*

(3) Egit de hac Legis parte etiam Bynkersh. *Obs.* VI. 11.

(4) Sequitur in Lege: *Igitur & si abalienavero* &c. Ubi verba *negotiorum gestorum* imperiti Interpretis Glossema esse, & expungenda, censet Cujac. *locc. citt.* probante Pothier. *in not. ad h. l.* — In seq. §. 2. pro *sin autem intra certum tempus* fortasse commodius legi: *sin autem, ut ne intra certum tempus*, observat D. Goth. *in not. ad h. l.* Sed communem hanc lectionem esse, etiam Haloandri, nisi quod hic habeat *si autem, ne* &c. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. addens in quinque Mss. nihil se reperire potuisse, quod a Flor. deflectat, nec supplemento opus videri, quamvis Basil. quoque communem lectionem comprobent.

§. 3.

Quare emtor quoque communi dividundo agendo eadem exceptione summovebitur, &c.] *L.* 16. §. 1. *pro socio.* Fab. *Cod.* III. 27. *Def.* 12. ubi alius etiam casus (1).

(1) Inscriptionem seq. *L.* 16. corruptam esse, & pro *Lib.* VI. *ad Plautium* legendum *Lib.* VI. *ad Sabinum*, observat Cujac. *in Recitat. ad h. l.*

L. XVII.

Comparaverit a creditore,] Velut extraneus (1).

(1) Pro *a testatore suo*, quod in Lege praecedit, Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap.* 16. *p.* 100. olim legerat *a testatore, aere suo*, sed deinceps hanc conjecturam deseruit.

L. XVIII.

Quia ultra id, quod in judicium deductum est, excedere potestas Judicis non potest.] Add. *L.* 170. *de reg. Jur.* ubi Jac. Gothofred. (1). D. Goth. *in not.* „ Id est, sententia naturae petitionis, & libelli aptanda est." add. Brunneman. *ad h. l.*

(1) Et Schulting. *ibid. in not.* Explicuit hanc Legem Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 18. *p.* 118. *seqq.* Vid. & Leyserum, *ibid.* citatum, & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. tit. de Judic.* §. 504. *p.* 208. *seq.*

L. XIX.

Arbor, quae in confinio nata est.] D. Goth. *in not.* „ Vid. *L.* 83. *pro socio.*" quae cum hac pugnare videtur Jano a Costa, *ad* §. 31. *Inst. de rerum divis.* sed vid. ad *d. L.* 83. (1).

Quamdiu cohaeret *fundo*,] Al. *cohaerent.* (2).

Quare duabus massis &c.], Al. *quare sicut duabus* &c. (3). Basil. ὥσπερ ὅτε [*Tom.* II. *p.* 50.]

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 30. §. 3. & D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 2. *p.* 17. *seq.*
(2) Sic Haloand.
(3) *Sicut* inserit Haloand.

§. 1.

De vestibulo communi &c.] D. Goth. *in not.* „ Harmenopulus diverso paulo sensu hunc locum profert, III. 10. §. 30. (1) *Commune vestibulum binarum aedium vel invito altero ex dominis dividitur, ubi alias non pateat aditus.* Quae lectio mihi videtur apertior." Mihi falsa, & e Basilicis, ubi ita, ut hic, emendanda.

(1)

(1) In *Supplem. Thes. Meerman. p.* 217. ubi vid. Reitzium, qui Gothofredum sequi videtur. De verbis *pretium facere* vid. Gul. Forner. *Selection.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 25. *seq.*

§. 2.

Quae enim communio juris *separatim intelligi potest?*] D. Goth. *in not.* „Id est, *rei incorporalis.*" add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de reb. corp. & incorp.* (1).

(1) In seq. §. 3. pro *et tunc eum adjudicare, penes quem* &c. Vulg. Nor. omnes habent *adjudicare ei, penes quem* &c. Adest etiam hoc pronomen in Mss. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui tamen illud intellectu supplendum putat. Sequitur: *nec erit periculum, ne ex SCto* &c. Vid. *L.* 2. *de L. Fab. de plagiar.* — De seq. §. 4. egit quoque Petr. Martres. *Not. in aliq. JCtor. Resp. Cap.* 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 730. De verbis *aut separatum a fundo* vid. & Gul. Forner. *Selection.* II. 28. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 79. & ad ultima verba: *igitur in hujusmodi speciebus* &c. vid. Lud. Charond. *ad L.* 72. *de verb. oblig.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 831.

L. XX. (1).

Ad delictum *non respondit,*] *Edictum* legit Leonin. *Emendat.* I. 21. *num.* 1. Al. *dilectum.* Vid. D. Goth. *in not.* & ita hoc verbum scribitur in optimis Codd. & ita edidit in Cicerone Graevius. add. Muret. *ad Ciceron. Philipp.* VI. 2. (2). Augustin. *ad Festum, h. voc.*

Et ob id motu Judicis *villa diruta est,*] Qui tamen, si sciverit, fundum esse communem, aequo durius egit: sed id non quaeritur. add. Huber. *Eun. Rom. p.* 438. *seq. Magistratus imperio* legit Raevard. *Varior.* I. 7. quod damnat Bynkersh. *Obs.* V. 14. (3). D. Goth. *in not.* „*Motu,* id est, indignatione, — qua impulsus Judex,

non

non respondentis ad delectum domum evertit: ut alias accidisse legimus apud Dion. Halicarnass. &c." add. Eund. *Lib.* XI. *p.* 704. Dion. Cass. *Histor. Lib.* LVI. *p.* 585. Val. Maxim. VI. 3. *num.* 4.

(1) Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Steph. Guil. Blancard. *in Nov. Thes. Diss. Jurid.* Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 283. *seqq.* ubi etiam varias aliorum de hac Lege Interpretum sententias recensuit, & examinavit, & quem optime hanc Legem defendere, ait Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 52. *p.* 48. add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 9. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 111. *seq.* Puttman. *Adversar. Jur. Univ.* I. 4. *p.* 67. *seqq.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 740. *p.* 142. *seqq.*

(2) *Oper. Tom.* II. *p.* 997. ed. Ruhnken. *Dilectum* mavult quoque Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. aliique, quos citat Blancard. *d. Diss. Cap.* 1. §. 7. *p.* 293. *seqq.* add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 20. §. 1. *not.* 3. *Delectum*, Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Florentinam *delictum* tuetur Blancard. *loc. modo cit.* & *Cap.* 2. §. 3. *seqq. p.* 300. *seqq.* item Puttman. *loc. cit. p.* 72. & *Opusc. Jur. Criminal. p.* 42.

(3) Item Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 198. & Blancard. *laud. Diss. Cap.* 1. §. 6. *p.* 292. *seq.* qui etiam alios citat. Plura de *motu Judicis* conscripsit quoque Puttman. *Adversar. Jur. Univ. d. loc.* add. notata superius ad *L.* 19. §. 1. *de Offic. Praesid.* & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 4.

L. XXII.

Et vicini nomine] Etiam pro parte in ejus solo (1).

(1) Ad seq. *L.* 23. vid. Jo. Fern. de Retes, *Opusc.* II. *Sect.* 1. *Cap.* 5. §. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 99.

L. XXIV.

L. XXIV.

Communi dividundo judicio eam summam percipere *potest:*] Al. *praecipere.* Vid. D. Goth. *in not.* & sic *L.* 45. *de adq. rer. dom.* (1).

(1) Graecos tamen quoque vertere μόνος αὐτὸ λαμβάνω, & quinque etiam MSS. constanter habere *percipere*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Explicuit hanc Legem Cujacius, *ad Lib.* VIII. *Julian. Dig.*

§. 1.

Teneris mihi Praetoria actione, &c.] *L. ult. de alien. Jud. mut. causs. fact.* (1).

(1) De seq. *L.* 25. vid. Cujac. *ad Lib.* XII. *Julian. Digest.* In verbis: *vel pro socio quinque milia praestare debebis*, vocem *milia* exulare ex omnibus libris, quos vidit, editis & scriptis, etiam Basil. habere τὰ ε. νομίσματα, & Flor. quoque vocem hanc uncis inclusam esse, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Mihi* substituit Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap.* 16. *in fin. p.* 101.

L. XXVIII. (1).

Sabinus, in re communi neminem dominorum jure facere quicquam, invito altero, posse.] Exceptionem vid. apud Sand. *Decision.* III. 8. *Def.* 1. add. alias apud Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 31. *Def.* 11. Fab. *Cod. h. t. Def.* 1. Vid. autem & Huber. *Eun. Rom. p.* 439. *seq.*

Unde manifestum est, prohibendi jus esse:] Merito: *est enim melius impediri rem bonam, quam concedi malae.* Cicer. *de Legib.* III. 18. *in fin.*

In re enim pari potiorem caussam esse prohibentis constat.] Etiam in Magistratibus. Quinctil. *Declam.* 374. Scil.

Scil. Tribunis plebis; aliter falsum. *L.* 160. §. 1. *de reg. Jur.*

(1) Explicuit hanc Legem quoque Cujac. *ad Lib.* VII. *Papinian. Quaestion.*

L. XXIX.

Neque enim negotia socii gero, sed propriam rem tueor:] Bynkersh. *Obs.* VI. 11. transponit: *neque enim propriam rem tueor, sed negotia socii gero.* Sed obstant *seqq.* nec hic est gestio negotiorum alterius (1).

Et magis ex re, &c.] *L.* 46. *de oblig. & action.*

Ille enim, qui scit rem esse communem, vel aliena negotia eo animo gerit, &c.] *L.* 14. §. 1. *h. t.* Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaest. in expl. h. l.* legit: *rem esse communem, vel alienam, negotia eo animo* &c. & sic edit. Vulg. (2) Bynkersh. *d. loc.* Florentinam tuetur.

(1) Auctor *Obs. Jur. Civ. Cap.* 16. *p.* 98. pro *propriam rem* legit *proprie eam rem.* Paulo aliter Puttman. *Meletem. Jur. Civ. Cap.* 6. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 169. *seq.* Aliter etiam Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. tit.* 1. §. 15. *p.* 14. *seq.* Cujacius, *ad Lib.* II. *Paul. Quaest. in expl. h. l.* τὸ *propriam* accipit pro *communem*, aut *ex parte propriam*, & sic etiam Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 90. *seqq.* Sammet. *Opusc.* IX. 6. *p.* 234. *seq.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 740. *not.* 76. *p.* 149.

(2) Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sammet. *loc. modo cit. p.* 236. legit, ut Pacius, *vel aliena negotia esse, eo animo* &c. Sed τὸ *esse* facile ex praecedentibus subaudiri potest, adeoque locus sola interpunctione restitui, hoc modo: *qui scit rem esse communem, vel aliena negotia, eo animo* &c. quemadmodum locum hunc quoque interpungit Pothier. *in Pand. Just. hoc tit. num.* 80. add. Gluck. *loc. modo cit. not.* 81. *p.* 153. *seq.*

§. 1.

Posci Judicem posse a quolibet sociorum:] *L.* 8. *h. t.* *L.* 43. *tit. praec.*

Sed, etiam si unus ex sociis mutus *erit*, &c.] Al. *invitus:* non male. Noodt. *ad h. t. Pand. pr.* (1).

(1) Flor. tamen *mutus* scriptum est, & Basil. quoque habent *ἄλαλος*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Neque hoc male. Vid. Noodt. *d. loc.*

L. XXX.

Communi dividundo judicio recte agi, &c.] Haec de *praestationibus personalibus* post Gloss. accipit Bachov. *de Action. Disp.* II. *Thes.* 7. *in fin.* Sed vid. *L.* 22. *in fin.* *L.* 23. *L.* 25. §. 2. *fam. erc.* *L.* 19. §. 3. *h. t.* & Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 94. *Error.* 3. *num.* 6. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 30. §. 4. Pauca tantum ad hanc Legem notavit Cujac. *ad Lib.* I. *Scaevol. Respons.* ut & de seq. *L.* 31. *ad Lib.* XV. *Paul. Respons.*

TITULUS IV.

AD EXHIBENDUM.

Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, Demosth. Forner. *Rer. Quotid.* II. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 176.] *Incerti actio*, *L.* 33. *deposit.* Actionem hanc esse *Civilem* (1), & quandoque *utilem* (2), & quae forma pronunciandi, Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 92. *Error.* 5. (3).

(1) Alii aliter. Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 741. *p.* 191. *seq.*
(2) Negat Ant. Fab. *loc. cit.* Vid. Gluck. *d. loc.* §. 742. *p.* 194. *seq.*
(3) Non autem esse *in rem*, neque *mixtam*, sed *in personam*, & *in rem* scriptam, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 30. §. 8. & Gluck. *loc. laud.* §. 741. *p.* 189. *seq.* Singulas hujus tituli Leges exposuit Cujac. *in Recitat. ad h. t. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior.*

L. I.

Et vis *ejus in usu* &c.] Sic & Auctor *Dialogi de Causs. Corrupt. Eloq. Cap.* 5. (1).

(1) Add. de hac Lege Gluck. *d. loc. p.* 180. — In seq. *L.* 2. pro *facere in publico potestatem* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 5. ope geminationis legit *facere rei in publico* &c. add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* XXI. *Paul. ad Edict.* & Gluck. *loc. modo cit. p.* 168.

L. III.

Et dicere *argumenta rei*,] *Discere*, Bynkersh. *in Praef. ad Libb.* IV. *Obs.* (1) quod non probo, & bene refutat Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hoc non omittam* &c. (2).

(1) Probante Heineccio, *in Praef. ad Libb.* IV. *Obs. Bynkersh.* non longe a fin. & Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. & Waechtler. *Opusc. p.* 464.
(2) Etiam Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. notat, refragari septem Mss., quae inspexit, & Basil. quoque habere λέγειν. add. Marckart. *Probab. Interpr. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 40. *seqq.* Jensium, *in Append. Strictur. p.* 651. *seqq.* Gluck. *loc. laud.* §. 742. *p.* 203. *seq.* qui etiam alios citat.

§. 2.

§. 2.

In hac actione notandum est, &c.] Non opus restringere ad casum, quo *reivindicatio* sequetur. Bachov. *de Action. Disp.* VII. *Th.* 14. qui tamen non per omnia sequendus.

Quod reus contumax per in litem jusjurandum petitoris damnari possit ei,] *L.* 4. *Cod. h. t.*

Judice quantitatem taxante.] *L.* 4. §. 2. *de in lit. jurand.* Triboniano haec adscribit Ant. Fab. (1). Vid. Huber. *Eun. Rom.* ad *L.* 5. *de in lit. jurand.* (2).

(1) *In Ration. ad h. l.* & *de Errorib. Pragm. Dec.* 92. *error.* 5.
(2) Et *ad h. l. ibid. p.* 441.

§. 3.

Etiam pigneratitia,] Id est, quae de pignore in rem datur. Vid. *L.* 41. *de pign. act.* (1).

(1) Add. Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inst. de action.* — In seq. §. 4. τὰ & item *ait* deinceps suppleta esse, nec omnino necessaria videri, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 5.

Sed & si quis interdicturus,] D. Goth. *in not.* „Non *precario.*" Ut Accursius (1).

(1) Sed *utrubi*. Vid. Cujac. *Obs.* V. 23. & Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 6.

Ut exhibitis possim vindicare.] *Ex exhibitis*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 12. *num.* 1. (1).

(1) *Exhibitis iis*, H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 18. *p.* 117. & Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. & Rom. tit.* 3. §. 3. *p.* 198. Utramque emendationem probat Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 741. *not.* 54. *p.* 186. *seq.* Florentinam defendit Marckart. *Probab. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 9. item van Dorp. *Obs. Cap.* 3. *p.* 20. *seq.* quamvis hic Cannegieteri emendationem non damnet. Nihil mutat quoque Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 4.

§. 7.

Actor vero destinare *non possit*,] Id est, *designare*. *L.* 94. *de verb. oblig.* Charond. *ad h. l.* Aliae editt. *designare* (1).

(1) Sic Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Sequitur: *nonne aequum est, ei familiam exhibere*, &c. Ubi *Cod. Pand. Erlang.* habet *exhiberi*. Vid. Gluck. *loc. modo cit.* §. 742. *not.* 19. *p.* 205. Verba *ex caussa* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Hoc non omittam*, &c. explicat *caussa cognita*. Denique pro *recensitione servorum facta* Vulg. habet *recensione servorum* &c. Vid. Brencm. *d. loc.* & sic etiam *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *d. loc. not.* 21.

§. 9.

Judex igitur summatim debebit cognoscere, &c.] §. 13. *h. l.*

§. 10.

Interim posse me agere &c.] *Interim*, id est, *interdum*, ut & apud bonos Auctores. Vid. Parei *Lexic. Critic. hac voc.* (1).

(1) Add. Brisson. *de Verb. Sign.* Voc. *interdum*, ibiq. Heinecc. & notata superius ad *L.* 51. §. 2. *ad L. Aquil.* Verba *quia mea interest exhiberi* apud

Hal.

Hal. desunt, sed exstant in reliquis omnibus editt., etiam in *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *loc. laud.* §. 741. *not.* 55. *p.* 187. — In seq. §. 11. in fin. verbis: *an justam & probabilem caussam habeat actionis*, vox *actionis* apud Hal. deëst, sed cum Flor. reliquae editt. faciunt, nisi quod Baudoz. legat: *habeat actor actionis.* Vid. Gluck. *d. loc.* §. 742. *not.* 84. *p.* 193.

§. 12.

Tertius possessionem suam contendat:] Pone casum ex *L.* 15. *de adq. vel amitt. poss.* (1).

(1) Add. de hoc §. Zach. Huber. *Diss. Jurid. & Philolog. Part.* II. *p.* 390. *seq.*

§. 13.

Si obscurior &c.] Vid. §. 9. *h. l.* add. de his §§. Gluck. *d. loc.* §. 742. *p.* 200. *seqq.*

§. 14.

Ut, quamvis ad exhibendum agi non possit,] Juxta §. 11. *h. l.*

In factum *tamen actio detur,*] Id est, *utilis.* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Quid, si quis* &c. Aliter Hier. Elenus, *Diatrib. seu Exercitat.* II. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1430.] quem non probo (1).

(1) Add. Gluck. *loc. laud.* §. 742. *p.* 194. *seq.* quem etiam vid. de voce *denique* in seq. §. 15. *ibid.* §. 743. *not.* 35. *p.* 212. add. notata superius ad *L.* 1. *comm. divid.*

L. V.

Quomodo autem possidet, qui vehendas conduxit? an quia pignus tenet?] Hinc colligit Charond. (1), merce-

navi impositas obligatas esse pro mercede pro vectura, ut & ex *L.* 6. *qui potior. in pign.* quod tamen inde non sequitur.

(1) *In not. ad h. l.* Vid. & Cujac. *Obs.* IX. 3. Galvan. *de Usufr. Cap.* 33. §. 7. in med. & in primis Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 743. *p.* 215. *seq.* quem etiam vid. *ibid. p.* 219. *seq.* de seq. §. 1. — In seq. §. 2. pro *emtorem, qui ruta caesa* &c. Codicem Vlamingii habere *emtorem esse, qui rupta cessa venditori non restituat*, corrupte quidem, sed videri inde Ulpianum scripsisse *emtorem, qui ruta caesa venditori non restituat*, notat Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 158. *seq.* Dissertationem *de rutis caesis* conscripsit Puttman., in *Opusc. Syllog. p.* 293. *seqq.*

§. 3.

Stercus, quod in aream meam (1) *congessisti, per ad exhibendum actionem* &c.] Nec enim hic de dominio quaestio superest. §. 4. 5. *h. l. L.* 9. §. 1. *h. t.* Sic & *L.* 7. §. 4. *h. t.* & §§. *seqq.*

(1) Cod. Vlaming. *in area mea.* Arntzen. *d. loc. p.* 159. & *ad Sedul. Carm. Lib.* IV. *vs.* 107. *p.* 187.

§. 6.

Licet possideat,] *L.* 15. *de adq. vel amitt. poss.* (1).

(1) Pro *ad hoc plane solum tenebitur*, in seqq. Legis verbis, Cod. Vlaming. *ad hoc plane solum de servo tenebitur.* Arntz. *d. loc. p.* 159. add. de hoc §. Cujac. *Obs.* XXII. 30. *in fin.*

L. VI.

Sed, ut excludatur, ad exhibendum agi potest:] Et res exemta vindicari potest. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs.

Quid,

Quid, si quis &c. Facit huc Theoph. *in Paraphr. ad §. ult. Inst. quib. alien. lic. vel non* (1).

(1) De voce *sigillum* vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 743. *not.* 65. *p.* 222. ibiq. cit. Brisson. *de V. S.* in voc. & Christ. Frid. Wolle, *Archaeologiae Jurid. Specim. Part.* II. *Cap.* 2. Lipſ. 1772. In *fin.* Legis pro *sed actione de tigno juncto* &c. Cod. Vlaming. habere *de tigno injuncto*, neque hoc damnandum, notat Arntzen. *d. loc. p.* 159. Nec tamen videtur probandum.

L. VII. (1).

(1) In *pr.* pro *omnem materiam* Cod. Vlaming. habere *omnem ligni materiam*, nec tamen opus esse, notat Arntzen. *d. loc. p.* 160. — In ſeq. §. 1. pro *si rotam meam vehiculo aptaveris* Hal. habet *tuo vehiculo*. Basil. τῇ ἀμάξῃ σου. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Tuo vehiculo* etiam Cod. Vlaming. Vid. Arntzen. *d. loc. p.* 160. qui id omnino recipiendum putat; & sic etiam mox in ſeq. §. 2. ex eod. Cod. emendat *in armario tuo*, atque etiam praefert *statuae adunaveris*, ut ille Cod. quoque habet. Pro *vestimento intexeris* Al. habere *intexueris*, & recte, notat Brencm. *d. loc.* add. de his §§. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 743. *p.* 221. *seq.*

§. 3.

Nam & possidere, &c.] *Nam* pro *ceterum* accipi poteſt. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Datur igitur haec actio* &c. (1).

(1) Qui pro *praeterea* accipit: non tamen hoc necesse esse, notat Gluck. *d. loc. not.* 78. *p.* 229. Praecedit in Lege: *quia facultas est restituendi.* Cod. Vlaming. *quia facultas est iis restituendi.* Vid. Arntzen. *d. loc. p.* 160. qui tamen addit, parum re-

 fer-

ferre, quid eligas; cum pronomen illud saepius subaudiatur.

§. 4.

Oportere dici putamus, debere condemnari, nisi restituat.] Extensio in *L.* 8. *h. t. L.* 3. *Cod. eod.* Vid. ad *L.* 5. §. 3. *h. t.*

§. 5.

Quamvis sit, — quod ei imputetur, &c.] Non indistincte. Vid. *L.* 40. *de hered. petit.* add. *L.* 12. §. 4. *h. t. Quamvis* pro *nisi* accipit Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Illud non silebo*; &c. (1).

(1) Probante Gluck. *d. loc. p.* 227. — In seq. §. 7. pro *qui ad exhibendum egit, &c. rem ei restitui* Cod. Vlaming. elegantius ad morem Veterum legere: *qui ad exhibendum agit, utroque tempore interesse oportere ei restitui*, & τὸ *rem* natum videri ex ultima praec. vocis syllaba, notat Arntzen. *d. loc. p.* 160. *seq.* add. de hoc loco Donell. *Comm. Jur. Civ.* XX. 9.

L. VIII.

Exhibere eum cogendus erit.] Facit huc *L.* 7. §. 4. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Cujac. *ad Lib.* IX. *Julian. Digestor.* & Gluck. *loc. modo laud. p.* 207. *seq.*

L. IX.

§. 1.

Glans] *L. unic.* §. 1. *de gland. leg.*

Si dolo (1) *pecus immisi*,] Secus, si absque eo. *L.* 14. §. *ult. de praescript. verb.* ubi vid. D. Goth.

Quemadmodum si materiam meam &c.] *L.* 5. §. 3. *h. t.*

Et

Et placet nobis Pomponii sententia, sive glans exstet, sive consumta sit:] Nam & de rebus consumtis ad exhibendum agitur; adeoque ineptiunt, qui Jus Romanum hic taxant, quos refutat & Huber. *Eun. Rom. p.* 441. *seq.*

(1) Cod. Vlaming. *dolo malo.* Vid. Arntzen. *d. loc. p.* 159. Sequitur in Lege: *nam & si glans exstaret, nec patieris* &c. Hal. *pateretis.* Vulg. *patiaris,* & sic etiam Cod. Vlaming. Vid. Arntzen. *d. loc.*

§. 3.

Sed hoc ibi (1) *utique verum est, si dolo malo* in aliud corpus *res sit translata,*] Aliter secus. *L.* 17. *h. t.*

(1) Hal. *τὸ ibi* omittit. Vulg. mutat in *ita.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Etiam Cod. Vlaming. *sed hoc ita utique* &c. Praeterea pro *ad exhibendum tenebitur: nam mutata* &c. Cod. ille habet: *ad exhibendum teneatur; nam mutata forma prope interimi substantiam rei, Marcellus scribit.* Tunc sequitur nova periodus: *si tibi decem* &c. Vid. Arntzen. *d. loc.* Etiam Vulg. habere *interimi*, & verba *Marcellus scribit* omnes superioribus adjicere, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 4.

Si tibi decem nomismata sint sub conditione legata,] *Nomismata* an a Triboniano? *Decem* forte dixit Ulpianus, scil. H. S. Aliter Noodt. *Obs.* I. 5.

Et mihi decem (1) usus fructus *pure,*] D. Goth. *in not.* „ Improprie sumtus." Hoc loco, sed non in *L.* 28. *de usufr.* (2) a Goth. citata.

Succurrendum tamen legatario,] Cui & heres cedere posset suas contra fructuarium actiones, de quibus *L.* 5. §. 1. *de usufr. ear. rer. quae us. cons.*

(1) *Eorum* inserit Vulg. item Cod. Vlaming. probante Arntzen. *d. loc. p.* 161. & mox verbis *ad exhibendum eum actione teneri* Vulgares addunt: *qui decem fructuario solverit.* Hal. habet: *actione, qui decem solvit, teneri:* eodem fere modo Cod. Vlaming. Vid. Arntzen. *d. loc.* Speciem hujus §. proponit Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 742. *p.* 209. *seq.*

(2) Ad quam vid. notata.

§. 5.

Ut quis copiam rei habens possit exsequi actione, quam (1) *destinavit, in nullo casu, quam intendit, laesa.*] Basilic. [*Tom.* II. *p.* 237.] ὥστε σχεῖν εὐχέρειαν τὴν ἐνάγοντα κινῆσαι τὴν πρωτότυπον.

In nullo casu,] D. Goth. *in not.* „ Hal. *nulla caussa* (2)." add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Quid, si quis* &c. in fin.

Quam intendit,] *Intentio,* §. *seq.*

Quamvis non de restituendo, sed de (3) *exhibendo agatur.*] Quae tamen hic pro eodem poni, vult Cujac. *ad L.* 22. *de verb. sign.* Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de offic. Judic.*

(1) Vulg. habet: *possit exsequi actione, quod destinavit.* Hal. *possit actionem exsequi, quam destinavit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, Mss. variare, & Florentinam defendi posse, si ad verbum *exsequi* ex praecedentibus repetas τὸ *judicium.*

(2) Hal. habet: *in nullo caussa.* Sed in septem Mss. reperiri *casu,* notat Brencm. *d. loc.* Plura de lectione & sententia hujus §. vid. apud Marckart. *Interpr. rec. Lect. Jur. Civ.* II. 20. §. 1. *p.* 294. *seqq.* & Gluck. *loc. modo laud.* §. 741. *p.* 169. *seqq.*

(3) Hal. in margine: *alias, ad exhibendum;* eamque varietatem ex archetypo subnatam esse, ubi initio scriptum erat *seddeadexhibendoagatur,* sed postea posterior praepositio expuncta est, monet Brencm. *d. loc.* qui

qui propterea forte legendum censet: *sed de ad exhibendum agatur*, scil. actione.

§. 6.

Proinde si &c.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nec hoc fuerit*, &c.

Post litem contestatam usucaptum] *L.* 18. *L.* 20. *de reivind.* (1).

Cum petitor intentionem *suam perdiderit*,] §. *praec.*

Repetita die,] *L.* 3. *de fid. instrum.* Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *repetere*, [*num.* 7.] (2).

Ita ut fructus secundum Legem *aestimentur*:] L. XII. Tabb. in duplum. Vid. ad *L.* 12. §. 1. *de distract. pignor.* (3).

(1) Add. Lud. Charond. *Verisim.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 778. Galvan. *de Usufr. Cap.* XI. §. 16. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit. p.* 172.

(2) Add. Noodt. *loc. cit.* & Jac. Curtium, Εἰκαστῶν, III. 32. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 220. *seq.*

(3) Vid. Cujac. *Obs.* IX. 19. Marcil. *Interpretam. Leg.* XII. *Cap.* 12. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 242. Gluck. *d. loc. tit. de reivind.* §. 591. *not.* 81. *p.* 267. & *hoc tit. p.* 173. *seq.* Aliter Arntzen. *ad L.* 2. *de in jus voc. Cap.* 2. *circa fin.* adject. ej. *Miscellan. p.* 270. qui verba *secundum Legem* de conventione interpretatur, ut Noodt. *loc. cit.*

§. 8.

Praeterea utilitates, &c.] Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Nec ad haec subsistit* &c. (1).

Utilitatem actoris venire in aestimationem,] *L.* 21. §. 3. *de act. emt. L.* 4. §. 7. *de damn. infect.*

Non quanti res sit (2):] *L.* 193. *de verb. sign.* — Haec opponuntur *L. unic.* §. *ult. si quis jus dic. non obtemp.*

Quae utilitas, inquit, interdum minoris (3) &c.] Junge *L.* 11. *h. t.*

(1) Pro *vel tardius* quid *exhibetur* Vulg. habet *quidem*. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & sic etiam Cod. Vlaming. Vid. Arntzen. *d. loc. p.* 161. qui id verum arbitratur.

(2) *Sed quanti ejus intersit*, addit Cod. Vlaming. Arntzen. *d. loc.*

(3) Cunctos, praeter Haloand., habere *majoris*, sed Basil. Florentinam confirmare, notat Brencm. *d. loc.* Etiam *Cod. Pand. Erlang.* habet *majoris*. Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 744. *not.* 89. *p.* 234. ubi contra Brencm. observat, etiam alios *minoris* habere, veluti H. a Porta, Charond. Russard.

L. X.

Si optione &c.] *L.* 3. §. 6. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Lib.* XXVI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Pro *exhibetur Cod. Pand. Erlang.* habere *exhiberetur*, notat Gluck. *loc. modo cit. not.* 90. De locutione *judicium in id tempus extractum est* vid. Oudendorp. *ad Frontin. Strateg.* I. 5. 19. *p.* 80.

L. XI.

Ulpianus *Lib.* XXIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 9. *h. t.*

§. 1.

Ita & cibaria potest non *recusare.*] Al. *non potest* (1).

(1) Vid. Gul. Forner. *Selection.* III. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 95. De verbo *pascere* vid. Arntzen. *ad Aurel. Victor. Epitom. Cap.* 14. §. 8. *p.* 515.

L. XII.

L. XII.

De eo exhibendo, &c.] Qui ut ſervus poſſidetur; ſecus in *L. ſeq.* Vid. Cujac. *ad Lib.* XXVI. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

Huic actioni locus eſſe poteſt.] V. gr. in liberto ob operas. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Sequens tractatus* &c. in fin. ob *L.* 15. *in fin. de reivind.*

(1) Et Gluck. *loc. laud.* §. 742. *p.* 198. *ſeq.*

§. 2.

Qui furti acturus,] Noxali. Cujac. *d. loc.*

Alterius teſtamento *optio data ſit:*] Bynkersh. *Obſ.* III. 18. quod hic quidam habent *teſtimonio* tribuit conſuetudini, non notis.

§. 3.

Cum ſciret haec aliena eſſe:] A mala manu haec eſſe, putat Ant. Faber, ſed non probat. Tribonianus autem hic relinquere non debuit opinionem rejectam; non concedente Hubero, *Eun. Rom. p.* 443. *ſeq.* quem vid. caute. Zach. Huber. *Diſſ. Jurid. & Philolog. Part.* II. *p.* 319. nodum non ſolvit. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Poſſit huic parti* &c. qui non ſatis placet.

Quia quod ex re noſtra ſit, noſtrum eſſe verius eſt.] *L.* 4. §. 20. *de uſurp. & uſuc.*

§. 4.

Tamen interdum *tanti* &c.] Vid. ad *L.* 7. §. 5. *h. t.* (1).

(1) Pro *quo minus tunc cum judicium acciperetur* Hal. habere *acciperet;* ſed quinque ſe inſpexiſſe Mſſ., eaque omnia Florentinam ſervare, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 6.

§. 6.

Heres, non quasi heres, &c.] Junge *L.* 42. *de rei vind.* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Indicavi, cui* &c. (1).

(1) Add. Gluck. *loc. cit. p.* 230. *seq.*

L. XIII.

Si liber homo &c.] De quo conſtat, eum talem eſſe; ſecus *L.* 12. *pr. h. t.* (1).

Cujus peculiariter *intereſt.*] Al. *pecuniariter* (2). Baſil. χρηματικῶς· recte. Vid. tamen *L.* 12. *h. t.* & Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 2.

(1) Ad quam vid. notata. add. de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* Vſ. *Sequens tractatus* &c. & Gluck. *loc. laud.* §. 741. *p.* 177. *seq.*

(2) Ita omnes, praeter Haloand., qui cum Flor. *peculiariter* habet. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. *Pecuniariter* habet etiam *Cod. Pand. Erlang.*, & probat quoque Gluck. *d. loc.* — In ſeq. *L.* 15. *in fin.* verbis: *quod ſi etiam furtivus* &c. τὸ *etiam* abundare videri, & natum ex ſequente *etiam*, quamvis Codd. ſcripti & editi hanc particulam retineant, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hac Lege Marq. Freher. *Veriſim.* I. 4. in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 866. Bynkersh. *Obſ.* VII. 1. & 9. Gluck. *loc. laud.* §. 743. *p.* 225. *ſeq.*

L. XVI.

Cum ſervus tenet aliquid,] D. Goth. *in not.* „Voluntate domini." Cur non ſi ſine?

L. XVII.

Et nihil impedit directam actionem talis exhibitio:] *L.* 7. *Cod. h. t.* Secus in caſu *L.* 9. §. 3. *h. t.* (1).

(1)

(1) Verbis *ad exhibendum quidem absolvi debet* Hal. ante, Vulg. post *τὸ quidem* inserunt *actione.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

L. XVIII.

Idem *Lib.* VI. *Opinionum.*] Junge *L.* 27. *de pignor. act.*

Inani facto,] *Inanefacto,* Salmas. *de Modo Usurar. Cap.* XI. *p.* 471.

Nihilominus creditor, &c.] D. Goth. *in not.* „*Debitor.* Cujac. *Obs.* IX. 7. & merito ita legendum &c." Diss. Charond. *in not. ad h. l.* nec Basilica ipsa aliquid mutant. add. & pro lectione hac Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 15. & *L.* 27. *de furtis* (1).

(1) Vid. & Marckart. *Probab. rec. Lection. Jur. Civ. Part.* II. *p.* 166. *seqq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 742. *p.* 195. *seqq.*

L. XIX.

Quas exhiberi magni ejus interesset?] Ita nec interest ejus proprie, cui lucrum aliquod decedet, non injuste. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 268.

Non oportere Jus Civile calumniari,] Cicer. *de Offic.* II. 10. & *pro Caecin. Cap.* 18. & passim (1). Auctor *ad Herenn.* II. 10. Sic *calumnia* apud M. Senec. *Controv.* 26. *Alioquin in infinitum calumnia excedit.*

Neque verba captari,] Quibus non est satis devinxisse Judicem, nisi rei accesserit. Quinctil. *Instit. Orator.* VII. 3. *p.* 532. [ed. Burman. *p.* 617.]

Quia, si essent exhibiti, cum eos legisset, doctior & melior futurus esset.] Add. Mornac. *ad h. l.*

(1)

(1) Add. Otton. *in Alfen. Var. Cap.* 8. §. 3. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1677.

L. XX.

Ad vindicandos *conscios suos.*] An *indicandos?* (1) Basil. πρὸς τὸ ἐξειπεῖν. *L.* 1. §. 26. *de quaestion.* Amm. Marcellin. XXVI. 3.

(1) Sic Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui id probat: item Cujac. *Obs.* XVIII. 22. & Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. *ult. Indicandos* edidit quoque Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 5. male *in notis* addens, Vulg. habere *vindicandos*, quae Flor. lectio est. Servos indistincte in socios torqueri posse, ex hac etiam Lege colligit Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XVIII. §. 25. *p.* 198. *seq.*

L. I.

LIBER UNDECIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE INTERROGATIONIBUS IN JURE FACIENDIS, ET IN ERROGATORIIS ACTIONIBUS.

Interrogationibus] A positionibus hodiernis in quibus differant, Leonin. *Emendat.* III. 9.

Et interrogatoriis actionibus.] Vulg. (1) & Hal. addunt *sublatis*: quod probat Duaren. *Disp. Anniverſ.* I. 43. Leonin. *d. loc.*

(1) Non Vulg. sed Hal. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, Florentinam quoque referre Mſſ., quae plura hic contulit. add. Wybon. *de Interrogat. in Jure, Cap.* 1. *pr.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *p.* 239. qui *ibid.* praecipuos recenset auctores, qui de hoc argumento egerunt. Titulos hujus Libri non esse certa lege colligatos invicem; sed hunc postremum Partis Secundae Librum esse quasi supplementum eorum, quae ab initio Partis hujus huc usque tractata sunt, notat Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* Vid. & Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.*

L. I.

L. I.

Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam sit actio,] Non *in rem.* Vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaest. in expl. L.* 20. §. 1. *h. t.* (1).

Et ita, si certum petetur:] In Judiciis stricti Juris. Junge *L.* 75. *de verb. oblig.* ubi Ulpianus hoc Edictum exposuit.

Aliquid damni sentiat.] *Caussa cadat* scripsisse videtur JCtus. Noodt. *ad h. t. Pand. in pr.* (2).

(1) An interrogationes locum quoque habuerint in actionibus in rem, late disputat Wybo, *d. loc. Cap.* 8. *p.* 107. *seqq.* & Jo. Luzac. *Obs. Apologet. pro JCtis Roman. Cap.* 2. *p.* 26. *seqq.* qui etiam alios citarunt. add. Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 2. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *p.* 282. *seqq.* Interdum etiam in actionibus in rem locum fuisse interrogationi, docet Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 4. & Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 1.

(2) Item Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 520. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc. p.* 245. *seq.* qui laudat quoque Raevard. *Varior.* III. 14. & Brisson. *de Formul.* V. 25. Dissentit Wybo, *d. loc. Cap.* 2. ubi hujus Legis *pr.* explicuit.

§. 1.

Interrogatoriis autem actionibus hodie non utimur:] D. Goth. *in not.* „ Frequenter scil. &c. " add. Duaren. *Disp. Anniversf.* I. 43. & mox: „ Verisimile est autem, hanc particulam *hodie* non esse Callistrati &c." Sic Hotoman. & Charond., non repugnante Hubero, *Eun. Rom. p.* 445. *seq.* (1). Aliter, nec bene, Leonin. *Emendat.* III. 9.

Vel in aliis rebus, quae in caussis vertuntur.] Mira phra-

phrasis (2). Sunt omnia à Triboniano add. Noodt. *ad h. t. Pand.* Male dissentit Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposition.* II. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 371.].

(1) Et *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 3. Sequitur in Lege: *ideoque minus frequentamur*, &c. Flor. quondam fuisse *adeoque minus* &c. quod ipsum ferri quoque potuisset, notat Brenem. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(2) Quae in nota sequuntur, recentiore manu à Schulting. adscripta sunt. Etiam in *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 3. stylum hujus loci dicit satis prodere manum Triboniani. Vid. & Jo. van der Linden, *Adnot. ad Voet. Comm. ad. h. t. Pand.* §. 1. Alios etiam citat Wybo, *d. loc. Cap.* 1. & 4. & *in Tribon. defens. Cap.* 2. §. 9. *p.* 263. *seqq.* qui ipse in alia omnia ivit, & quem sequitur Gluck. *loc. modo cit. p.* 255. *seqq.* & §. 746. *p.* 287. *seqq.* — De seq. *L.* 2. vid. Wybon. *Cap.* 4. *p.* 56. *seq.* & *Cap.* 7. *p.* 93. *seq.* — De seq. *L.* 3. vid. Cujac. *ad Lib.* XVII. *Paul. ad Edict.* & Wybon. *d. loc. Cap.* 7. *p.* 91. *seq.*

L. IV.

Ex sua in judicio *responsione*,] Id est, *in Jure.*

Portionis — certioretur.] Sic *L.* 11. §. *ult. h. t. Juris sui edoctus.* Hal. *Simul ut de portione* &c. (1).

(1) Florentinam defendit quoque Wybo, *d. loc. Cap.* 4. *p.* 59.

§. 1.

Vel alios Judices:] Non esse ab Ulpiano, putat etiam Huber, *Eun. Rom. p.* 447. (1).

Vel si domi] Non tamen hoc semper potest. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 4. D. Goth. *in not.* „ *Non si domi.* Hotoman. *Obs.* I. 40." Non improbante Hubero, *Eun. Rom. d. loc.* etsi tandem nihil velit mutari (2). Pergit Goth.

„ reprehensus a Cujac. &c." & Raevardo, *Protribun.* *Cap.* 7. (3).

(1) *Magistratus Minores*, ut Municipales, intelligi Noodt. *ad h. t. Pand.* Vf. *Nunc Edictum* &c. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 26. *p.* 250. Vid. & Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1. Aliter Wybo, *d. loc. Cap.* 5. ubi late de hoc §. egit.

(2) *Secus si domi* legit Casp. Barth. *Adversar.* II. 5.

(3) Add. Wissenbach. *de Emblem. Tribon. Cap.* 2. *p.* 33. Wybon. *d. loc. p.* 66. *seqq.* Gluck. *loc. modo cit. not.* 27. *Vel* hic idem esse, quod *etiam*, notat Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *de Viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. p.* 100. — Sequentem *L.* 5. proprie non pertinere ad Edictum de interrogationibus, eamque non bene intellexisse Ant. Fab. in *Ration.* docet Wybo, *d. loc. Cap.* 6. *p.* 81. Vid. & Idem, *ibid. Cap.* 3. *p.* 40. & *Cap.* 7. *p.* 95.

L. VI.

Et quia hoc defunctorum interest, ut habeant successores,] Vid. Mornac. *ad L.* 9. *de probation.*

L. VII.

IDEM *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. §. 15. *si quadr. paup. fec. dic.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Wybon. *d. loc. Cap.* 7. *p.* 95. *seqq.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 57. *in fin. p.* 263.

L. VIII.

PAULUS *Lib.* XXII. *ad Edictum.*] Pertinet ad Legem *Aquiliam* (1).

Et si cum eo actum sit,] Et *solverit. L.* 26. §. 3. *de noxal. action.* (2).

(1)

(1) Vid. Cujac. *ad Lib.* XXII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* & Brencman. *de Legum inscription.* §. 8. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 155.
(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 9.

L. IX.

§. 1.

A Praetore] *L.* 11. §. 9. *h. t.* (1).

(1) Add. de hoc §. Wybon. *d. loc. Cap* 6. *p.* 83. ubi Fabrum refutavit. — In seq. §. 2. pro *non magis* legendum *non minus*, observat Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 522.

§. 4.

Si (1) *defensor in judicio interrogatus*,] Vel procurator. Fab. *Cod.* II. 8. *Def.* 1.

Veram itaque *esse Celsi sententiam*,] *Utique* legit Bynkersh. *Obs.* V. 25. *num.* 8. (2).

Quia non plene defendit.] *L.* 39. *pr. de procurator.* unde supplenda *L.* 19. *h. t.* ad quam vid. Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaestion.*

(1) In Vulg. esse *L. Si defensor*, teste Contio, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Primam formulae partem, in interrogationibus usitatam, non semper eodem modo fuisse conceptam, docet Wybo, *d. loc. Cap.* 6. *p.* 79. *seq.*
(2) Probante Wybone, *d. loc. p.* 82. & Auctore *Obs. Jur. Civ. Cap.* 14. *p.* 88. — Sequitur in Lege: *quod utique & consequens* &c. Ubi τὸ *&* Flor. non adeo recenter deletum esse, & propterea a Nor. Vulg. omnibus abesse, notat Brencm. *d. loc.* qui tamen probat, quod Taurell. illud retinuerit, cum orationi vim addere videatur.

§. 5.

Ex asse *respondisse dicendum* (1) *est:*] *L.* 11. §. 1. *h. t.* Quomodo amittatur exceptio *non sum solus heres*, Mev. *Decision. Part.* V. *Dec.* 42.

(1) Hal. *dicendus:* & pro *responderit*, quod sequitur, Flor. olim fuisse *responderet*, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui de hac mutatione dubitat.

§. 6.

Sed etiam in honorariis successoribus.] *L.* 24. §. 1. *fam. ercisc.*

L. X.

PAULUS *Lib.* XLVIII. *ad Edictum.*] Ubi egit de *damno infecto* (1).

Si neget suum praedium esse,] Et convincatur mendacii (2).

Aut resistendum putaverit,] *Aut si resistendum* &c. Al.

Tradere compellatur.] Viribus imperii, ut dicit Cujac. *ad Lib.* XLVIII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* adeoque non servato ordine Edictorum, sed statim (3).

(1) Vid. Cujac. *loc. a Schult. cit.* & Jac. Gothofred. *ad L.* 166. *de reg. Jur. Oper. Minor. p.* 1150.
(2) Sequitur in Lege: *nec caveat damni* &c. Nor. pro *nec* habere *ne*, omnes *caveat* collocare post *damni infecti*, item duo puncta ponere ante *aut cedere*, & tunc pergere: *aut si resistendum* &c. notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Flor. tuetur. Sed lectionem *aut si resistendum* &c. quam etiam habet *Cod. Pand. Erlang.*, praefert quoque Gluck *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 7. *p.* 242.
(3) Add. Wybon. *d. loc. Cap.* 5. *p.* 72. *seq.* & Pothier *in not. ad h. l.*

L. XI. (1).

(1) De hujus Legis *pr.* vid. Wybon. *d. loc. Cap.* 7. *p.* 100. *seq.* ubi notat Accursium, & Ant. Fabrum, qui Legem hanc de reo, non de actore interrogante accipiunt. add. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *p.* 244. Vulg. Nor. omnes τὸ *interdum* ponere inter *interrogatum* & *respondere*, & in Flor. errorem adesse posse, cum τὸ *interdum* sit a manu supplente, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 2.

In assem instituta actione convenietur.] *L.* 9. §. 5. *h. t.* (1).

(1) Add. Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 136. — Sequentem §. 3. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 9. sic accipit, ac si heres ex semisse, qui dixit se ex quadrante heredem esse, *pro semisse* conveniri posset. Sed JCtus dicit, eum *in poenam mendacii in solidum* conveniri posse. add. Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 136. *seq.*

§. 4.

Qui tacuit quoque apud Praetorem, &c.] Quid in criminalibus, Matth. *de Criminib. Lib.* XLVIII. *Tit.* 16. *Cap.* 1. *num.* 9. Τὸ *quoque* post Leonin. *Emend.* III. 9. expungit Noodt. *ad h. t. Pand. in fin.* (1).

Quasi negavit (2) *se heredem esse:*] *L.* 12. *vs. sin autem. h. t.* §. 7. *h. l.*

Ut in solidum conveniatur, quemadmodum si negasset:] Facit huc *L.* 5. §. 1. *quib. ex causs. in poss. eat.* Nusquam vero proditum, bona huic omnia auferri, & possessionem alteri dari. Cyriac. *Controv.* 46. scil. cum personali actione agitur.

Quia Praetorem contemnere videtur.] D. Goth. *in not.*

not. „Baldus addit: tacentem injuste &c." Et sic Costal. Verum hic pro *negante* habetur: quod & eleganter probat Cujac. *Obs.* XXII. 27. (3) ex Fragmento Gaji apud Boëth. *in Topic. Ciceron. Lib.* III. (4).

(1) *Quoque* etiam abest apud Hal. & Vulg. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. add. de hoc §. Wybon. *d. loc. Cap.* 10. *p.* 148. *seqq.* ubi etiam egit de quaestione, utrum tacens pro adfirmante, an pro negante, habendus sit: quam quaestionem late quoque tractat Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 9. add. notata ad *L.* 142. *de reg. Jur.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *p.* 264. *seq.* qui etiam τὸ *quoque*, quod & *Cod. Pand. Erlang.* habet, tuetur. Minus recte huc referri a Grotio, *in Flor. Sparsion. p.* 148. locum Terent. *in Phormion. Act.* II. *Scen.* I. *Vs.* 49. notat Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 523. *seq.*

(2) Ita edidit Taurellius; sed Flor. aperte esse *negaverit*, ut etiam Vulg. & H. a Porta habent, notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 6.

(4) Quod etiam exstat in *Jurispr. Antejustin. Schulting. p.* 85.

§. 3.

Πρὸς ἔπος.] *Pro se posoit*, Accurs. ridicule (1). D. Goth. *in not.* „Est species paroemiae." Lucian. *Hermot. p.* 532. [ed. Graev. *Tom.* I. *p.* 777. ed. Reitz.] Idem, πρὸς λόγον, *Demonact. p.* 866. [ed. Graev. *Tom.* II. *p.* 386. ed. Reitz.] (2).

(1) Vid. Wybon. *d. loc. Cap.* 10. *p.* 149.

(2) Add. Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 148. Alciat. *Dispunct.* II. 10. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1336. Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 523. Tractat hoc proverbium, ut mihi indicavit Tydemannus noster, etiam

Eras

Erasmus, *in Adagio: Nihil ad versum. p.* 134. & 173. ed. Hanov. ubi et hujus loci, et Alciati meminit, & verba Legis allegat, ac si scriberetur: οὐδὲν πρὸς ἔπος. Pro *exceperunt* Hal. & Vulg. habent *acceperunt*, probante Alciato, *d. loc.* & Leonino, *Emendat.* III. 9. §. 12. & sic etiam *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *loc. modo cit. p.* 252. *not.* 28. Non tamen putem necesse. Conf notata superius ad *L. 7. pr. de dol. malo, not.* 1.

§. 6.

Responderit ex parte:] *Se ex parte heredem* (1), Hal. & Al. etiam Leonin. *Emendat.* III. 9. Perperam.

Nihil ei nocere responsum:] Facit huc *L.* 164. §. 1. *de verb. signif.*

(1) Vulg. *se ex parte heredem esse.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

§. 7.

An taceat interrogatus,] §. 4. *h. l.* (1).

(1) De varia lectione sequentis §. 8. vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 132. *seq.* Gluck. *d. loc. p.* 253. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XII. §. 2. ultima verba *scriptura ductus* mutat in *scriptura adductus*, ope geminationis.

§. 9.

Quasi ex contractu *obligatur,*] *Contractu ejus* Hal. male (1). Basilic. ὡς ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου συναλλάγματος [*Tom,* V. *p.* 737.]

Pro quo pulsabitur,] Non satis haec Latina, nec, ut puto, Ulpiani (2).

Sed & (3) si a Praetore *fuerit interrogatus,*] *L.* 9. §. 1. *h. t.* (4).

(1) Vid. Leonin. *Emendat.* III. 9. §. 12. & Wybon *d. loc. Cap.* 1. *p.* 19. *seq.* *Actionem interrogatoriam* quasi ex contractu nasci, ex hoc loco vulgo colligunt Interpp., etiam Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 9. Dissentiunt tamen alii. Vid. Gluck. *loc. cit. p.* 275. *seqq.*

(2) Sed vid. notata superius ad *L.* 2. §. 3. *de judic. not.* 3.

(3) Apud Hal. & Vulg. τὸ & abest. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang.

(4) Add. Wybon. *d. loc. Cap.* 6. *p.* 84. & Pothier. *in not. ad h. l.* — De seq. §. 10. vid. Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 133.

§. 12.

Celsus scribit,] *Itaque* addit Hal. male (1).

Licere responsi poenitere,] *Respondenti* Hal. male. DD. id permittunt ad litem contestatam. Cyriac. *Controv.* 46. *num.* 25. *seqq.*

Juris sui edoctus (2).] Sic *L.* 4. *pr. h. t. portionis certioretur.*

(1) Vid. de hoc §. ejusque lectione Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 133. *seq.* Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 6. §. 8. *p.* 43. *seqq.* Gluck. *loc. laud. p.* 254.

(2) Flor. olim fuit *edictus*, quod recentius paulo in *edoctus* mutatum. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Hal. *de jure suo edoctus.*

L. XII.

Si filius &c.] Vid. Cujac. *Obs.* XXII. 27. (1). Fab. *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 31. *Error.* 10. *num.* 25.

Responderit se heredem esse,] [T]ò *esse* exstat in Flor., nec video, cur Leonin. *Emend.* III. 9. *in fin.* omitti velit (2).

Pro herede gessisse videtur.] Et jure etiam Praetorio he-

heres esse, atque adeo cum effectu creditoribus hereditariis obligatus est. Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 12.

Succurrendum est ei:] Ratio dubitandi in *L.* 1. §. 7. *si quis omiss. causs. testam.* junct. *L.* 11. §. 4. *h. t.* Solutio est in textu (3).

(1) Et *ad Lib.* XVII. *Paul. ad Edict. in expl. h. l.* Sed vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *p.* 271. *seqq.*
(2) Vid. & Jauch. *de Negation. Pand. p.* 135.
(3) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Etiam is uti potest, qui &c.] Ratio *in L.* 11. §. 9. *h. t.* (1).

(1) Add. Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 147. *seq.*

L. XIII.

Si ejus nomine, de quo quis interrogatus sit, cum aliquo sit actio:] *L.* 23. §. *ult.* & *LL. seqq. ad L. Aquil.* (1).

Si dominus esset,] Quadrupedis, vel servi.

Quia falsae confessiones naturalibus convenire deberent:] *Debent*, Leonin. *d. loc.* (2).

Propter quae fiat,] An *fiet?*

Non obliger.] *Non obliget*, Al. (3) Haec melior. Basilic. ὅθεν οὐκ ἐνέχεται.

(1) Ad *L. Aquiliam* hanc Legem pertinere, notat quoque Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 8. in *Jurispr. Restit. Wieling. p.* 155.
(2) Probante Wybone, *d. loc. Cap.* 9. *p.* 142. & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 7. *p.* 269.
(3) Ita Charond. Hal. in margine notat: Alios τὸ *non* omittere; sed male. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 51. & Wybon. *d. loc. p.* 143. — In seq. §. 1.

ne in verbis *ac ne si bona fide* &c. poni pro *ne quidem*, observat Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 6. §. 1. *p.* 41. *seq.* add. notata superius ad *L.* 2. *de reivind. not.* 1. Hal. habet *nec si*, & sic quoque edidit Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 15.

L. XIV.

Si is, cujus nomine noxae judicium acceptum est, &c.] Facit huc *L.* 42. *de noxal. action.*

Obligationem transferre non *potest* &c.] Suspectum mihi τὸ *non* (1). Considera sensum, & Legem praec., & sic video legere Herald. *de Rer. Judic. auctor.* II. 13. *num.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1221.] ubi notat, abesse a veteribus editionibus; & videtur Gloss. legisse adfirmative.

(1) Delendam hanc particulam censet quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 8. item Jauch. *de Negation. Pand. p.* 51. *seq.* & *p.* 295. *seq.* Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 12. *p.* 152. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 10. §. 2. *p.* 133. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XII. §. 2. Hier. van Alphen. *Diss. de Javolen. Prisco, Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 75. *seq.* Sed Florentinam tuetur Wybo, *d. loc. Cap.* 9. *p.* 143. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Nihil quoque mutat, vel notat Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 15.

§. 1.

Si id, quod in confessionem venit, & jus & naturam recipere potest.] Facit huc *L.* 16. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Herald. *loc. modo a Schulting. cit. num.* 9. & Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XVIII. §. 5. *p.* 186. Graeci in Basil. *Tom.* V. *p.* 739. verba haec ita vertunt: *αἱ γὰρ καταθέσεις τότε ἔῤῥωνται, ὅτε καὶ τῷ νόμῳ καὶ τῇ φύσει συμβαίνουσιν*, *confessiones enim tunc*

tunc ratae sunt, cum a Jure & natura non abhorrent.

L. XVI.

Responderit, in sua potestate esse,] *L.* 21. §. 3. *de noxal. action.* (1).

(1) Add. Jo. Fern. de Retes, *Opusc.* VI. 11. §. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 298. & Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 144. *seq.* Florentinam lectionem: *quamvis Jura postliminiorum possint efficere dubitare nos*, etiam Basil. confirmare, observat Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 70. *p.* 270.

§. 1.

Ceterum, si dominium quaerere non potuit, non teneri.] Facit huc *L.* 14. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Wybon. *d. loc. p.* 145. *seq.* quem etiam vid. de seq. *L.* 17. *ibid. Cap.* 7. *p.* 97. add. Gluck. *loc. modo cit. not.* 57. *p.* 262. *seq.*

L. XVIII.

Cum absentem coheredem suum defendere vellet,] *L.* 20. *h. t.* & ibi Cujac. (1).

Ut satisdationis *onus* &c.] *Judicatum solvi* (2).

Respondit se solum heredem esse,] Casum in *actione personali* ponit Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de satisdat.*

Qui revera heres erat,] Scil. ex altera parte. — Et jam liberatus. *L.* 20. *h. t. L.* 23. *de solution.*

(1) *Ad Lib.* II. *Paul. Quaestion.* add. Idem, *ad Lib.* IV. *Julian. ad Ursej. Feroc. in expl. h. l.* Graecos hoc Fragmentum male tribuere Ulpiano, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XII. §. 1. & Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui praeterea notat, pro *erit* in initialibus Legis verbis Vulg. &

Nor. omnes rectius habere *erat*, & sic etiam **Flor.** correctum esse, sed a manu recentiore.

(2) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* & Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 90. *p.* 280. Vid. & Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 138. *seq.*

L. XIX.

Si filius, cum pro patre suo ageret,] *Qui cum patre* &c. Al. Haec rectior, & sic Basilic. (1). — Quod potest & absque mandato. *L.* 35. *de procurator.*

Omnia perinde observanda erunt, ac si non esset interrogatus.] Hoc casu filius patrem non defendit, ideoque ipsi denegatur actio. Vid. *L.* 9. §. 4. *h. t.* & nihil actum. Cujac. *ad Lib.* VIII. *Papinian. Quaestion. in expl. h. l.*

(1) Vid. Wybon. *d. loc. Cap.* 6. *p.* 85. *seqq.* qui etiam quidem Florentinam tuetur, aliter tamen ac Cujacius Legem hanc explicat.

L. XX.

Si noxali judicio conyentus sit,] Et solvit. *L.* 26. §. 3. *de noxal. action.* (1). Facit huc *L.* 3. *&* 4. *de his qui effud. vel dejec.*

Vel si quis responderit se heredem:] Et hic non ex alterius, sed suo facto, mendacio scil., tenetur. Cujac. *ad Lib.* II. *Paul. Quaestion. in expl. h. l.* ut & verus heres etiam. Unus ergo solvens alterum non liberat. *L.* 7. *de reivind.* (2).

Nam superiore casu ex persona servi *duo tenentur* (3):] *Ex sua* nemo.

Ubi altero] E dominis.

Convento] Noxaliter. Aliud exemplum *L.* 26. *de noxal. action.* Cujac. *d. loc.*

Suo nomine tenetur.] Ob mendacium suum.

Ni-

Nisi, quasi defensor ejus, &c.] Hac mente, licet non praecise hoc dixerit. Cujac. *d. loc.*

Vel heredis litem subiit hoc genere (4):] *L.* 23. *de solution.*

Quia ille *negotiorum gestorum* &c.] Defensor, qui est vice rei.

Vel cum eum alias defendere vellet.] *L.* 18. *h. t.* add. *L.* 23. *de solution.* (5).

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 9. Vid. & de hac Lege Wybon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 139. *seqq.* & Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 4. §. 23. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 154.

(3) Baudoz. *non tenentur*, & sic etiam *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 745. *not.* 85. *p.* 279. qui observat, Florentinam Basil. confirmare.

(4) Id est, *hoc modo.* Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 15. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1288. Wybon. *d. loc. p.* 142. Gluck. *loc. laud. not.* 86.

(5) Et Schol. Basilic. *Tom.* V. *p.* 745.

§. 1.

In jure interrogatus,] Debitor. Facit huc *L.* 52. *de reg. Jur.* Cujac. *d. loc.* (1).

In possessionem actor mittatur.] Ex *L.* 2. *L.* 7. §. 1. *ex quib. causs. in poss. eat.*

(1) Quem sequitur quoque Wybo, *d. loc. Cap.* 7. *p.* 102. *seq.* & Gluck. *loc. laud. p.* 244. *not.* 14. Aliter Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 2.

Idem (1) *& si damni infecti caveamus* (2):] *L.* 40. *de neg. gest.*

(1) *Idem est* &c. *Cod. Pand. Erlang.* Vid. Gluck. *d. loc. p.* 243. *not.* 8.
(2) Id est, *caveri desideremus.* Pothier. *in not. ad h. l.* add. Wybon. *d. loc. Cap.* 7. *p.* 99. *seq.* & Gluck. *loc. modo cit. not.* 9. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* pro *caveamus* legere mavult *caveatur*, vel *caveat.*

L. XXI.

Ubicunque] Id est, *quacunque caussa* (1). D. Goth. *in not. quacunque parte judicii* (2).

(1) Conf. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. in fin.* Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 31. §. 3. Branchu, *Obs. Dec. Alt. Cap.* 15. *p.* 100. *Quovis in loco*, Wybo, *d. loc. Cap.* 5. *p.* 74. & Gluck. *d. loc. p.* 251. Vid. & Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 521.
(2) Sic etiam Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 8. & Voet. *ad eund. tit.* §. 4. Vid. & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* & Noodt. *ad h. t. Pand.* VC. *Nunc Edictum* &c.

L. XXII. (1).

Nec heres erat,] Nec esse poterat, ut exheredatus: ne obstet *L.* 12. *h. t.* Vid. & omnino Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 12.

Ex responso suo conveniri non posse.] Aliud, si vere heres esset. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 2. *Error.* 10. Sed vid. potius D. Goth. *in not.*

(1) Egit de hac Lege quoque Franc. Ramos del Manzano *ad LL. Jul. & Pap.* I. 24. §. 3. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 110. *seq.* & Wybo, *d. loc. Cap.* 9. *p.* 130. *seq.*

TITULUS II.

DE QUIBUS REBUS AD EUNDEM JUDICEM EATUR.

Ad eundum Judicem.] Add. *L.* 8. §. 1. (ubi D. Goth.) *L.* 9. *de liber. cauff.* *Pedaneum* scil., a Magistratu competente datum; non vero incompetentem. Jan. a Costa, *ad Tit.* X. *de mut. petition. Summar. p.* 381. (1). De processu, qui vel a pluribus vel adversus plures movetur, dividendo vel non, vid. late Mev. *Decision. Part.* 1. *Dec.* 113.

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 32. §. 1. Bach. *de Cauff. conjunct. earumq. foro compet.* §. 5. in *Opusc. ad Histor. & Jurispr. spectant. p.* 267. *seqq.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1. Alios etiam, qui de hoc argumento egerunt, citat Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. nach Hellfeld. hoc tit.* §. 750. *not.* 35. *p.* 298. *seq.* — In *L.* 1. verbis *& inter eosdem* &c. τὸ *&* mutandum in *aut*, vel ita accipiendum. Vid. Gloss. *h.* Bach. *d. loc. p.* 272. edidit: *aut inter eosdem* &c. Dissentit Maranus, *in Paratitl. ad h. t. Pand.* & Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* add. de hac Lege Gluck. *d. loc.* §. 751. *p.* 302. *seq.* — Ad seq. *L.* 2. vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Quaestion.* & Gluck. *d. loc. p.* 303. *seq.*

TI-

TITULUS III.

DE SERVO CORRUPTO.

Pertinet huc locus Tertullian. *Adv. Marcion.* I. 23. (1).

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 33. §. 1. Non esse hanc actionem *famosam*, docet Idem, *ibid.* §. 5. add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* & Voet. *ad eund. tit.* §. 2.

L. I.

Qui servum,] §. 4. *h. l.*
Persuasisseve] §. 3. *h. l.* (1).
Quid] §. 5. *h. l.*
Dolo malo] *L.* 3. *h. t.*
Quanti ea res erit,] *L.* 5. §. *ult. L.* 6. 7. *L.* 9. §. 2. *h. t.*

(1) Add. Maran. *in Parat. ad h. t. Pand. p.* 146. *seq.*

§. 1.

Quia, nec ipse poterit servi corrupti agere:] Ratio parum firma. Alia apud D. Goth. *in not.* An pro *quia* legendum *quin* (1)? nec abeunt Basilic. Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Igitur loquitur* &c. hoc *quia* delet.

Quia nihil ejus interest, &c.] *Quia* pro *ubi* accipit Noodt. *d. loc.* Vs. *Ceterum, ut* &c.

Et sane, si quis hoc admiserit, eveniet, ut duobus actio servi corrupti competat: quod est absurdum.] Noodt. *d. loc.* haec putat esse Interpretis.

(1) Haec est conjectura Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* quam probat quoque Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 38. §. 2. Eodem modo D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 22. *p.* 155. Pothier. *in not. ad h. l.* P. J. de Fremery, *Diss.*

Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap. 4. §. 2. *p.* 100. *seqq.* H. van Berkel. *Diss. de Favore bon. fid. Cap.* 2. §. 29. *p.* 60. *seqq.* Sed nihil mutat Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 95. *seqq.*

§. 3.

Persuadere autem est plus, quam compelli, atque cogi sibi parere.] Vid. Mornac. *ad h. l.* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Deinde ait Praetor* &c. legit: *persuadere autem est plus, quam suadere: persuadere enim est compellere atque cogere sibi pareri:* probabili sensu (1).

Id est, ex mediis, scil. verbis, est:] Absunt haec a Flor. recte (2).

(1) Auctor Anonymus, *in Obs. Miscellan. Vol.* II. *p.* 140. legit: *persuadere autem est plus, quum compellit atque cogit sibi parere.* Nihil mutat Heinecc. *ad Edict. Perpet. Opusc. Postum. p.* 537. *seq.* Marckart. *Interpr. rec. Lection. Jur. Civ.* I. 1. *p.* 1. *seqq.* Jo. van der Linden, *Adnotat. ad Voet. Comm. ad h. t. Pand.* §. 1. Vid. & Leyser. *Meditat. ad Pand. Spec.* 376. *Med.* 5. Jensius, *in Strictur. ad Pand. p.* 98. *seq.* nihil quidem mutandum censet, sed malam putat esse e Graeco versionem.

(2) De verbis, quae *media* vocantur, quaedam notavit Curtius, Εἰκαστῶν, III. 11. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 199. add. de verbo *persuadere* Jo. Fred. Reiz. *de Ambiguis, Mediis, & Contrariis, p.* 430.

§. 4.

Et est verius, etiamsi *malo monstravit*,] Lege: *etiam si* (1).

Hic vero laudator *hujus propositi exstitit:*] Amm. Marcellin. XXVII. 11. Cicer. Philipp. II. 12.

Non enim oportet laudando augeri malitiam,] Hoc faciunt passim adulatores, de quibus Dio Chrysost. *Orat.*

III. *p.* 39. & 40. Philostrat. *Vit. Apollon. Tyan.* VII. 3. *Οἱ γὰρ κακοὶ κακίους ἐπαινούμενοι.*

(1) Hal. & Vulg. *et si.* Praeterea pro *perpulit* in initio hujus §. Hal. & Vulg. habent *pepulit.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui notat, cum Flor. loqui Terentium, *in Andr. Act.* IV. *Scen.* 1. *vs.* 38. Add. Gronov. *ad Liv.* III. 30. §. 4.

§. 5.

Vel in spectaculis nimius,] Sic & Basilic.: recte (1).

Vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret.] Junge *L.* 3. *h. t.*

(1) D. Goth. *in not. mimus.* Praecedit in Lege: *aut amator existeret.* Al. *aleator*: male. Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XII. §. 3. Sequitur: *aut erro.* Hal. & Vulg. *errori:* & hoc male. Nominativus pendet a verbo *existeret.* Quis *erro* sit, docet Ulpian. in *L.* 17. §. 14. *de Ædil. Edict.* add. Jan. Rutgers. *Var. Lection.* III. 8. & *in Venusin. Cap.* 25. Sequitur: *vel si actori suasit,*&c. De *actore* vid. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* in voc. & auctores ibi citatos. add. Thom. Reinesium, *in Epist. ad Bosium*, *p.* 39. quem citat Gebauer. *ad h. l.* Burman. *ad Sueton. Tom.* II. *p.* 326. D'Arnaud. *de Jure Servor. Cap.* 14. & notata superius ad *L. ult. de offic. Praesid.* — De seq. *L.* 2. 4. 6. 8. conjunctim egit Cujac. *ad Lib.* XIX. *Paul. ad Edict.* Pro *pateretur* in *L.* 2. Vulg. habere *perpetraret pateretur*ve, sed Flor. certam esse ex Basil., notat Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. Etiam de ancilla viripotente stuprata *actionem de servo corrupto* competere, contra Cujacium docet Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 4. §. 3. in *Jurispr. antiq. Fellenberg. Tom.* I. *p.* 191.

L. III.

Non notatur:] Absunt a Schol. Basilic. & ab edit. 1549. (1).

(1)

(1) Hal. quoque haec omittit, & pergit: *ut si lusus gratia fecerit*, &c. quod etiam Russard. & Charond. notant in margine. Jauch. *de Negation. Pand.* *p.* 142. pro *non notatur* Vulg. habere ait, *non tenetur.*

§. 1.

Vel in puteum descendere:] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* l. 39. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1313.] (1).

Si dolo malo, tenebitur.] Junge *L.* 5. *h. t.*

(1) Sequitur: *vel quid aliud.* Al. *vel aliquid aliud*, & sic quoque Cod. Vlaming. Vid. Arntzen. *Miscellan.* *Cap.* 15. *p.* 161. — In seq. *L.* 4. *utili Lege Aquilia* dici pro *utili actione Legis Aquiliae*, monet Cujac. *loc. modo cit.* Vid. & de hac Lege Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* & Pothier. *in not.* Chifletius, *de Secundo Cap. L. Aquil.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 878. τὸ *commodius* explicat *rectius*, *melius*, *verius*, & Paulum ab Ulpiano dissentire censet.

L. V.

Ulpianus *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 3. *h. t.*

Recepit vel humanitate &c.] Lege: *recepit*, *vel* &c. (1).

(1) In praecedentibus Legis verbis pro *nisi qui dolo malo fecerit* Cod. Vlaming. habere: *nisi qui dolo malo recepit*, notat Arntzen. *Miscellan.* *Cap.* 15. *p.* 161. Etiam Taurell. in margine habere: *recepit*, & esse mutationem subantiquam, quam Hal. & Vulg. receperunt, testatur Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. & porro notat, pro *vel adprobata*, in seqq. Legis verbis, plerasque editt. & Mss. habere *vel alia probata*, & Basilic. quoque ἢ δι' ἕτερον δίκαιον λογισμὸν, sed Flor. quoque *alia* subaudiri posse. *Alia probata*, vel *alia adprobata* legi quoque vult H. J. Arntzen. *ad Sedul. Carmin. Lib.* II. *vs.* 271. *p.* 137.

§. 1.

Et ideo, si servus &c.] *Si* pro *etsi* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 18. §. 1. *de Judic.* Praecedit in Lege: *majus enim delinquit* &c. Pro quo Vulg. Nor. omnes habent: *magis enim* &c. & ita Flor. quoque, sed recentius, mutatum est. Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui addit, Hal. in margine notare: *alias, majus enim quid delinquit*, & τὸ *quid* Flor. subaudiri posse. Saepius *majus* & *magis* permutantur. Vid. Interpp. *ad Liv.* IX. 19. §. 5. & XXVI. 41. §. 16. Additur: *qui liberum putans corrumpit.* Hal. *qui liberum corruperit.* Vulg. *qui liberum putat corrumpere.* Vid. Brencm. *d. loc.* Non opus.

§. 4.

Nec (1) *exstinguitur manumissione semel nata actio.*] Add. *L.* 16. *h. t. L.* 8. *eod.* — Junge *L.* 7. *h. t.*

(1) Hal. *nec enim* &c.

L. VII.

Ulpianus *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 5. *h. t.*

Forsitan] Id est, *aliquando* (1).

(1) Facit huc locus Claudian. *in Eutrop. Lib.* I. *vs.* 132. quem citat D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 24. *p.* 167.

L. VIII.

Sed & si exierit, forte legatus;] Vid. *L.* 5. *in fin. h. t.* (1).

(1) Add. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 5. *Sect.* 1. §. 28. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 60.

L. IX. (1).

(1) Ad hujus Legis *pr.* pauca notavit Cujac. *ad Lib.* IX. *Julian. Digest.* Varias hujus loci lectiones recenset Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. quomodo legat Cod. Vlaming. notavit Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 161.

§. 1.

Ad omnes enim corruptelas &c.] D. Goth. *in not.* „ Apertius hic legeretur *omnium*, quam *omnes*." Non est hoc opus (1).

(1) Sequitur in Lege: *& si forte alius* &c. Pro quo Cod. Vlaming. habet: *& ideo si forte* &c. quod probat Arntzen. *loc. modo cit.* — In seq. §. 2. pro *datur autem actio* &c. Hal. habet: *datur autem haec actio* &c. & sic etiam Cod. Vlaming. Vid. Arntzen. *d. loc.* Porro pro *ejus dupli* Hal. habet *in duplum.* Vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. & Spang. qui Flor. tuetur, & sic construit: *datur actio dupli, ejus, quanti res erit.*

§. 3.

Quanti servus ob id, quod subreptus *sit, minoris sit.*] Hal. *corruptus:* probante Noodtio, *ad h. t. Pand.* Vs. *Datur igitur haec actio, quanti* &c. (1). — Junge *L.* 11. *h. t.*

